DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE

CONDITIONE CIVILI FEMINARUM ATHENIENSIUM,

SECUNDUM JURIS ATTICI PRINCIPIA,

QUAM,

QUOD DEUS BENE VERTAT,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS

AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLENNI EXAMINI SUBMITTIT

DIDERICUS JANUS VAN STÉGEREN,

ZWOLLANUS.

DIE XVII M. APRILIS, MDCCCXXXIX, HORA I.

ZWOLLAE,

Typis D. VAN STÉGEREN.

MDCCCXXXIX.

PRAECEPTORIBUS

ATQUE

AMICIS

S.

PRAEFATIO.

Cum ante hos quinque menses, Dissertationis hujus parte literaria typis expressa, ejus praefationem conscriberem, parum putabam nunc demum partem juridicam prodituram. Varia vero, minus huc pertinentia, quominus citius ea prodiret, impediverunt: malui autem in argumento eodem simul utramque edere Dissertationem, quocirca ad hunc usque diem exspectandum duxi, ne altera pars separatim prodiens, quoad mearum virium ferret tenuitas, manca atque imperfecta videretur. Quae autem tunc alteri parti praemonui, majore ex parte nunc et hic dicta sunto.

Non possum vero, quin, jamjam Academiae carissimae valedicturus, tum universe nobilissimo Ordini Juridico pro liberrima institutione, tum nominatim Cl. Birnbaumio *pro singulari in hac Dissertatione conscribenda erga me benevolentia, gratias agam habeamque, quas possum maximas. Qui, ut primum eum adirem de argumento meo consultum, humanissime, ut solet, me excepit, auxiliumque spopondit; datam vero fidem ita solvit, ut, etsi in argumento quod a Viri Cl. studiis videretur paulo remotius (quamquam quid a talis Viri studiis remotum alienumve dici posset?): sed ita me adjuvit, ut majorine stupendae doctrinae copia an singularis humanitatis significatione mihi semper affuerit, dubius haeream. Quam ob insignem benevolentiam noli dubitare, V. Cl. quin per totam vitam penitus me tibi devinctum sentiam: tibique ita persuasum habeas, inter discipulos tuos, ut sint doctiores atque praestantiores, ita qui erga te gratiore me semper sit animo, futurum neminem. Tibi autem perpetuo*

— θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,

in doctrinarum atque hujus Academiae emolumentum vehementer opto.

Jucundissimum restat officium, quo et tibi gratum animum significem, Doct. DE GAAIJ FORTMAN, *qui, cum a prelo longius abessem, molestissimum plagularum corrigendarum opus magna ex parte in te suscipere non recusasti; quique praeterea, saepe utilissimis suppeditandis monitis, in hac edenda Dissertatione haud exigui mihi fuisti auxilii. Quae nova tuae erga me amicitiae documenta memori semper mente manebunt reposta.*

Scripsi Trajecti ad Rhenum
m. Aprili MDCCCXXXIX.

SPECIMINIS CONSPECTUS.

CAPUT I.

De Conditione civili feminarum Atheniensium universe, tum publici cum privati juris ratione, considerata.

In examinanda conditione civili feminarum secundum principia juris apud aliquem populum constituti, praecipue respicienda esse videtur ea principiorum diversitas, ex qua omne jus vel publicum vel privatum appellari solet. Hanc etiam Ulpianus quasi summam juris divisionem proposuit in eo Institutionum loco, quo juris artem definire ejusque dignitatem tueri instituit (1). Quod autem dicit Papinianus: in multis juris nostri articulis deterior est conditio feminarum quam masculorum (2), id imprimis in jure publico cum allo-

(1) L. 1. pr. § 1. et 2. D. *de justit. et jure.* (2) L. 2. D. *de statu hominum.*

rum populorum, tum Romanorum cernitur, neque unquam apud aliquem populum publica jura prorsus eadem feminis atque masculis concessa sunt. Rei vero rationem philosopham nullam reddi posse, eamque potius ex consuetudine quadam repetendam esse, existimant nonnulli Philosophiae juris et doctrinae politicae cultores, iique ipsi qui minime in hac doctrina constituenda ab experientia mentem avocandam esse sibi persuasum habent, imprimis celeberrimus scholae historicae fundator Hugo (1). Num autem propter

(1) Naturrecht § 166, 167, 168. » Das weibliche Geschlecht hat metaphysisch gewiss eben die Rechte und Pflichten wie das männliche, aber seine körperliche Schwäche, Geschlecht mit Geschlecht verglichen, macht, dass es um so mehr zurückgesetzt wird, je roher ein Volk ist. Kein Volk ist noch so gebildet, dass das, in der Regel wenigstens, nicht Kriegerische Geschlecht dem andern völlig gleich stände, ungeachtet diese Ungleichheit, wie sich beim Vernunftwidrigen nicht anders erwarten lässt, mit der äussersten Willkührlichkeit statt findet.... Während *Plato* auf völlige Gleichstellung beider Geschlechter dringt, worin ihm *Justinian* (Nov. 21. pr.) und von Neueren einige Wenige beitreten, so schliesst *Kant* die Weiber, doch wohl nicht a priori, von den Rechten der activen Bürger aus, und *Fichte* beweisst aus seiner Erklärung der Ehe, dass verheirathete Frauenzimmer durchaus nie noch neben ihrem Mann in Betracht kommen dürfen. Selbst ein Schriftsteller, der von solchen Einseitigkeiten sehr weit entfernt ist, glaubt doch, die Geschlechtstrieb müsse der gemeinschaftlichen besonders auf Berathschlagungen Mehrerer gegründeten Behandlung der Geschäfte unübersteigliche Hindernisse in den Weg legen (*Brander*,

ICti Pauli dictum (1): moribus civilia officia adempta esse feminis, universe ICti Romani eidem sententiae addicti praedicari possint, dubitandum esse videtur. Est saltem ab alio ICto Romano ratio quaedam allata, propter quam justum posset videri, feminas arceri ab honore v. c. municipali, qui reipublicae administratio cum dignitatis gradu, sive cum sumptu sive sine erogatione contingens dicitur a Callistrato in L. 14 D. de muneribus. Ita enim, hunc honorem respiciens, in L. 3. § 3. D. eod. tit. Ulpianus ait: corporalia munera feminis ipse sexus denegat, quominus honores aut munera injungantur. Corporalis vero muneris appellatione ICtus personale intelligit, quod, ut ait Hermogenianus (2), corporibus labore cum sollicitudine animi

über die Weiber)..... Auch dieser Punkt hängt aber vom positiven Recht ab, wie die Römer und Sieyes richtig bemerkt haben." Aliter sentit *Welcker*, Staatslexicon, Band VI, Altona und Leipzig 1838, s. v. *Geschlechtsverhältnisse.* Circa *Platonis* sententiam conf. *C. H. Hermann*, de vestigiis institutorum veterum inpr. Atticorum, per Platonis de legibus libros indagandis, Marburgi 1836, p. 9 et 68, atque Ejusdem Juris domestici et familiaris apud Platonem in legibus cum veteris Graeciae, inprimis Athenarum institutis comparatio, Marburgi 1836, p. 7, 8. Sqq. 14, 27.

(1) L. 1. § 1. D. ad SC. *Vellej.* quem locum laudat *Hugo* l. l. Cf. etiam L. 12. § 2 D. *de jud.* ubi idem *Paulus* dicit, non legibus, non natura, sed moribus et servos impediri ne judices sint, »non quia non habent judicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur."

(2) L. 1. § 2. D. *de munerib.*

ac vigilantia exsistit, sive quod animi provisione et corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetratur, ut ait Arcadius Charisius (1). Ceterum personalia, patrimonialia et mixta munera tria genera civilium seu publicorum esse intelligebantur apud Romanos, et personalibus, a quibus plerumque feminae arcebantur, praeter alia multa tutela, cura prodigi vel furiosi, defensio civitatis, legatio, judicandi quoque necessitas accensebantur (2). Etiam magistratum esse vel senatorem, vel judicem publica jura dicebantur (3), a quibus certe in civitate Romana feminae exclusae erant. Neque eae suffragia ferre poterant in comitiis, qua tamen de re non amplius agitur in Pandectarum jure. Publica jura porro erant jus pro aliis postulandi apud Praetorem et jus alios in judicio publico reos faciendi. Praetor autem edicto suo

---

(1) L. 18. § 1. D. *eod. tit.* (2) Cf. L. 1. pr. § 2. et 4. L. 18. pr. § 1. 14. 28. D. *eod. tit.* In L. 14. § 1. dicitur munus publicum, quod in administranda re publica cum sumtu sine titulo dignitatis subimus, et hinc in L. 12 respondetur: cui muneris publici vacatio datur, non remittitur ei ne magistratus fiat, quia id ad honorem magis quam ad munera pertinet. (3) L. 5. § 2. D. *de capite minutis.* In aliis quoque locis tria haec conjuncta reperiuntur, quae cum tribus potestatibus scriptorum politicorum nostrae aetatis conferri possunt. Cf. » Senatorium ordinem retinere, judicandi officio fungi, magistratus gerere" in L. 9. D. *de his qui sui vel alieni juris.* » Tutela plerumque virile officium est." L. 16. D. *de tutelis.* » Id munus masculorum est." L. 18. D. *eod. tit.*

feminas prohibuit pro aliis postulare, et ratio quidem prohibendi dicitur, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, ne civilibus officiis fungantur mulieres (1). Similiter legibus non erat permissum mulieri, publico judicio quemquam reum facere, certis tantum ex causis concessa erat mulieribus publica accusatio (2). Ex peculiaribus Romanorum notionibus testamenti quoque factio non privati sed publici juris erat, et quamquam feminae neque testamentum facere neque in judiciis testes esse prohibebantur, tamen testamentum dicere in testamento non poterant (3). Quemadmodum igitur de servis dicebant Romani (4): »quod ad jus *civile* attinet, servi pro nullis habentur, non tamen et jure naturali, quia, quod ad jus naturale attinet, omnes homines aequales sunt," ita etiam de feminis dicere possumus: quod ad jus *publicum* attinet, feminae fere pro nullis habentur ex legibus moribusque populi Romani, et hodie adhuc secundum jura plurimorum populorum idem fere obtinet, quamquam nostrae aetatis homines magis quam Veteres de aequalibus omnium hominum juribus loqui solent (5).

---

(1) L. I. § 9. D. *de postul.* (2) L. 1. et 2. D. *de accusat.* (3) § 6. I. *de testam. ordin*, ubi etiam notatu digna sunt verba; »testes autem adhiberi possunt ii, cum quibus testamenti factio est." Cf. L. 3. L. 20. § 6. D. *qui testam. fac. poss.* (4) L. 32 D. *de regul. jur.* (5) Quamobrem monet *Hugo* l. l. § 168. not. 4. »In der französischen Umwälzung war es auffallend, nur vielleicht im Französischen

Ut igitur rite possimus examinare, num etiam Athe-

---

weniger, dass z. B. die Wahlen der Obrigkeiten als ein droit de l'homme erwähnt, und doch die Weiber alle davon ausgeschlossen wurden." Hoc sane respiciens nuper quaestionem proposuit *Welcker* l. l. pag. 631. » Haben die Gegner des freien auf Einwilligung und Vertrag gegründeten Gesellschaftsystems wirklich Recht, dass dieses System durch das Ausschliessen des politischen Mitstimmens und der völligen politischen Gleichheit der Frauen sich selbst aufgebe?" Ut autem, falsam esse hanc conclusionem demonstraret, et simul refutaret sententias eorum, qui vel ad tuendam illam pacti socialis theoriam, vel aliam ob causam nuper adhuc aequalia prorsus et feminarum et masculorum jura esse voluerunt, velut *Bentham*, *St. Simon*, *Fourier*, atque inter mulieres ipsas *Harriet Martineau*, ICtus ille l. l. p. 649 his utitur argumentis: » Wenn jene weiblichen Amazoninen unter den Damen die volle Gleichheit aller Rechte in der Familie und dem Staate vertheidigen, vergessen sie denn gänzlich, dass völlig gleiches und gleichartiges Recht bei ungleichen und ungleichartigen Pflichten und Verhältnissen selbst ungleich werden? Und wollten sie wirklich auch im Kriegsheere gleiche Diensten und Uebungen übernehmen, wie die Männer?.... Sollte wirklich diese Vermischung und eben so die mit den Männern aller Stände in den oft leidenschaftlichem (!) Wahl- und Parlamentskämpfen der Weiblichkeit eben so wenig Eintrag thun, als das Zuhören in Concerten, Theatern und Kirchen? Sicherlich war es aber eine sehr natürliche Bestimmung, dass alle freien Völker, dass die Germanen wie die Griechen und Römer die unmittelbaren politischen Stimm- und Entscheidungsrechte im bürgerlichen Gemeinwesen met den Pflichten, dasselbe auf Leben und Tod zu vertheidigen, in regelmässige Verbinding setzten." (?) Nostrum non est, horum argumentorum vim ponderare. Liceat autem hoc loco afferre ea, quae V. Cl.

nienses in definienda civili conditione feminarum, principium illud, quod fere juris communis esse modo diximus, servasse dici possint, paucis antea in hoc inquirendum esse videtur, an omnino Athenienses, ita ut Romani aut populi recentiores, publici et privati juris notiones distinctas habuerint. Est autem notatu dignum, quod verissime, ni fallor, observavit Vir. Cl. Hugo, multo minus quam apud Romanos, apud Graecos technicum verborum ad jus pertinentium usum excultum fuisse (1); quod aliquo modo etiam de juris

---

Hugo l. l. § 166 observavit, ut doceret, jurium in diversorum populorum legibus feminis et masculis concessorum inaequalitatem saepius mero hominum libitu constitutam videri: »Im öffentlichen Recht finden wir Regentinnen, weibliche Mitglieder von Reichs- und Landständen, und allerlei Stellen, selbst auf Krieg sich beziehende, die immer oder doch ausnahmsweise auch von Frauenzimmern bekleidet werden. Bis 1803 gab es in Europa Länder, welche durchaus ein Frauenzimmer an der Spitze ihrer Regierung haben mussten. In England kann eine Dame peeress of her own right seijn, in Deutschland kamen Aebtissinnen auf Reichs und Landtagen, die Frau von Sevigné besuchte die états in Bretagne u. s. w. Cf. Revue Britan. Oct. 1838. p. 250. sqq. (1) Naturrecht § 8. »Erst bei dem bewunderingswürdigen Volke der Griechen, welche durch eine Menge zusammentreffender Umstände die Urheber fast aller unserer geistigen Bildung wurden, gab schon die Zerstucklung in gar viele kleine fast immer Städtische Verfassungen..... Veranlassung zur Entstehung der Politik. Nur war ihr Privatrecht gar wenig in eignen Werken bearbeitet; sie, zumal die Jonier und die Athener, waren dazu nicht steif genug, das

publici et privati notionibus dici posse arbitror. Publicorum quidem et privatorum, τῶν δημοσίων καὶ τῶν ἰδίων, saepissime fit distinctio apud scriptores Graecos, etiam in his rebus, quae ad jus pertinent, atque jam supra attulimus locum (1), in quo adeo de magna feminarum auctoritate ἐν τοῖς δημοσίοις πράγμασι sermo est. Agitur tamen ibi de feminis Lacedaemoniis, neque de his, sed de Atheniensium feminarum civili conditione agendum est nobis. Praeterea monendum est, de auctoritate, non de jure feminarum illo loco dici. Potest autem apud aliquem populum magna esse feminarum in rebus politicis vis et auctoritas, quamquam eaedem in jure publico fere pro nullis habeantur ex legum praescriptis. Cujus rei ne nostra quidem aetate exempla desunt.

De publicis rebus privatis oppositis in jure Attico saepissime dicitur, imprimis in actionum jure, quem locum, ut gravissimum ita difficillimum, praeclare Viri

---

positive Recht einer einzelnen Stadt hatte für gar zu wenige Leser eine grosse Wichtigkeit, und selbst die Verfassung der Rechtspflege war oft dem Entstehen fester Grundsätze auf mehr als eine Art hinderlich. Wie wenig galten die Rechtsverständigen, die πραγματικοί..... Es ist merkwürdig wie wenig sich der juristische Sprachgebrauch bei den Griechen ausbildete." Quae Vir Cl. de vocis νόμος significatione hoc loco addidit, ea minus intellecta habuisse videtur Vir doct. *Veder*, in historia juris apud Veteres, Lugd. Bat 1832. pag. 15, not. 1. (1) In parte Literaria, pag. 15 et 16.

Eruditi nostrae aetatis explicuerunt (1). Saepissime imprimis apud Oratores leguntur locutiones: ἀγὼν ἴδιος καὶ δημόσιος, δίκη ἰδία καὶ δημοσία, ἴδιαι καὶ δημόσιαι γραφαί, ἴδια καὶ δημόσια ἐγκλήματα, de quarum vi saepius disceptatum est (2). Locutiones hae pro parte posteriore

---

(1) Cf. imprimis: *Meier* und *Schömann*, der Attische Process, Halle 1824. p. 165 sqq. (2) Cf. *Meier* et *Schömann* l. l. p. 160 sqq. praecipue pag. 162, 163. *Taylor* quondam hanc proposuerat quaestionem: δίκαι ἴδιαι καὶ δημόσιαι are theij distinguished, as we do, actions civil and Criminal? Cf. *Reiske* Orat. Gr. Vol. IX, p. 564. et universe ibidem, p. 562 sqq. p. 587 sqq. Illam quaestionem negandam esse puto. Neque prorsus eadem est Romanorum distinctio inter judicia publica et privata. *Heffter*, die Athenäische Gerichtsverfassung, Cöln. 1822, p. 122. de causarum publicarum et privatarum differentia, quam ex juris persequendi diversitate repetit, sequentia affert, quibus non plane assentiendum esse videtur: » Die Kunstausdrücke sind ἐγκλήματα ἢ ἀδικήματα δημόσια und ἴδια z. B. Demosthenes von der Krone T. I. p. 340. Auf das oben angegebene Kriterion von beiden Gattungen macht Ulpian p. 330 zur Meidiana aufmerksam. Er sagt: wenn es allen erlaubt ist, den Uebelthäter zu verfolgen, so ist offenbar, dass κοινὸν ἁπάντων ἔγκλημα und δημόσιον ἀδίκημα in der Mitte liegt. Auch Platon hat diese Grundsätze adoptirt. Den δημοσίοις καὶ κοινοῖς setzt er τὰ ἴδια entgegen, von den Gesetzen p. 780. St. Besonders wichtig ist im 6 Buche p. 767. ferner p. 768." Ulpianus certe non germana sententia Iuris Attici antiquioris laudatis verbis usus est. Antiquiorum recentiorumque notionum confusio quaedam inesse etiam videtur in argumento orationis adv. Midiam, quod a Libanio compositum legitur p. 508. Reiskii, atque in altero quod legitur p. 510, sqq. Quae denique *G. T. Schömann*,

aetate adhibebantur a scriptoribus et adeo legumlatoribus imperii Romani ad technicas juris Romani notiones significandas, qua tamen in re ii saepius recesserunt ab illis significationibus, quas iisdem verbis Athenienses antiquitus tribuerant (1). Imprimis δημόσια ἐγκλήματα peculiari significatione dicebantur a scriptoribus juris Graeco-Romani, ea quae in Iure Romano *crimina publica* appellabantur. Quae tamen vox ipsa cum in Iure Romano rarius habeat *maleficii publici* significationem, verbis illis Graecis rarius substitui possunt verba δημόσια ἁμαρτήματα, neque omnino valde usitata haec locutio fuisse videtur, quamquam ICti Graeci Iuris Romani interpretes etiam in iis Iuris Ro-

---

de sortitione judicum apud Athenienses, Gryphiswaldiae 1820. p. 6. ex Scholiis ad *Aristophanem* affert: ἐν ταῖς Ἀθήναις πολλὰ ἦν δικαστήρια, καὶ ἔν τισι μὲν ἐδίκαζον περὶ Φονικῶν πραγμάτων, ἔν τισι δὲ περὶ δημοτικῶν, ea itidem ex loquendi usu posteriorum temporum explicanda esse videntur. Recte monuit *Schömann*, δημοτικῶν hic non idem esse quod δημοσίων. Minus accurate *F. Ch. Schlosser*, universalhistorische Uebersicht der alten Welt, Frankfurt 1826 Th. I. Abth. II, p. 73. sqq. *Mord* atque *Staatsverbrechen* sibi opponit. Cf. Abth. III, p. 160. not. c. et universe p. 160-165. De locutione τὰ δικαστήρια τὰ ἴδια καὶ τὰ δημόσια vid. *Demosthenes* p. 731. *Reiskii*, et *Pollux* VIII. 87. 88. atque *Schömann* l. l. p. 3. (1) Cf. *Meier* und *Schömann*, der Attische Process p. 162 not. 5. et Cl. *Birnbaum*, in commentatione: über den Unterschied zwischen crimen und delictum, in Archiv des Crim. Rechts, Vol. VIII, p. 476 sqq. 437. 645. 660 sqq. 669. 690, sqq. Vol. IX, p. 395,

mani locis, in quibus crimen revera maleficium significat, modo voce *ἁμάρτημα*, modo voce *ἔγκλημα* utuntur (1). Ceterum in quadam constitutione Iustiniani (2) et alibi revera legitur vox *δημόσια ἀδικήματα*; certissimum autem est, in oratione Lysiae *περὶ δημοσίων ἀδικημάτων* longe aliud genus injuriae indicari quam quod in Iure Romano eo nomine significatur. Putat quidem Meierus voce *δημόσια ἀδικήματα* Iure Attico duo genera injuriae significari, scilicet *ὅπου τὸ δημόσιον ἀδικεῖ πολίτην*, atque *ὅπου τὸ δημόσιον ἀδικεῖται ὑπὸ ἰδιώτου*. Sed exemplum appellationis illius in altero hoc injuriarum genere usitatae ille ex Libanio affert, cujus aetate jam ex alio fonte mutata esse poterat antiqua vocis signifi-

---

(1) Ex Cl. *Birnbaumii* sententia, Archiv, Vol. VIII, p. 662 in § 8. constitutionis *δέδωκεν* Iustinianus non *ἰδιωτικὰ καὶ δημόσια ἁμαρτήματα*, sed *ἰδιωτικὰ καὶ δημόσια ἐγκλήματα τῶν ἁμαρτημάτων* distinguere videtur. Aliter sentit *Edm. de Hagen* in Comment. praemio ornata de quaestione, quale sit discrimen inter delicta publica et privata, Götting. 1832. pag. 18. sqq. (2) In Constit. *δέδωκεν* § 19. – *Dionysius Halicarn.* IV, 25 item distinguit *εἰς τὸ κοινὸν φέροντα ἀδικήματα* et *ἰδιώτικα*, et apud *Chrysostomum* voces *δημόσιον ἀδίκημα* atque *κοινὸν ἔγκλημα* usurpantur ratione blasphemiae, quod tamen, qua mente factum sit, ambigitur. Cf. Archiv. Vol. IX, p. 395 et *Edm. de Hagen*. p. 14. Eadem verborum conjunctione qua Chrysostomus, cujus magister erat Libanius, usus est etiam *Ulpianus* loco supra in not. 2. p. 9. laudato, cujus verba integra haec sunt: *εἰ πᾶσιν ἔξεστιν κατηγορεῖν τοῦ ἀδικοῦντος, πρόδηλον, ὅτι κοινὸν ἁπάντων ἔγκλημα καὶ δημόσιον ἀδίκημα.*

catio (1). Illa vero δίκη δημοσίων ἀδικημάτων, de qua Lysiae oratio tractat, non, ut e. g. γραφὴ κλοπῆς δημοσίων χρημάτων (2), proprie ad actiones publicas pertinebat, quae ipsae in specie nonnunquam γραφαὶ, sicut privatae prae ceteris δίκαι dicebantur (3). Causam

(1) *Meier*, historia Iuris Attici de bonis damnatorum et fiscalium debitorum, Berolini 1819. p. 14, atque omnino p. 13. sqq. 214. sqq. 220. sqq. Cf. Ejusdem et *Schömann*. Attischer Process p. 574 cum p. 367 sqq. Cf. etiam ea, quae *Reiske* annotavit ad *Lysiae* Orationem laud. Orator. Vol. V, p. 586. 587. Minus accurate de hac re loquitur *Heffter*, loco supra not. 2, p. 9. laud. cum quo conf. *Schlosser* ibid. laud. (2) *Meier*, de bonis damnat. p. 107 et 214. (3) Attischer Process p. 160 sqq. Vox ἔγκλημα in Iure Attico imprimis id significabat, quod actio sibi subjectum habuit. Ibid. p. 162. Τὸ ἔγκλημα igitur ipsum vel publicum esse poterat vel privatum. Peculiari sensu quo hanc vocem postea usurpabant Graeci juris Romani interpretes, ea significabat plerumque criminum causam, quamobrem ἐγκληματικαὶ δίκαι criminales actiones dicebantur, iisque opponebantur χρηματικαί. Cf. *Iustinianum* in Const. laud. § 8. ψήφων τῶν τε εἰς χρήματα, τῶν τε εἰς ἐγκλήματα φερομένων i. e. sententiarum civilium et criminalium. Aliter tamen in Basilicis Lib. X. tit. I. § 10. dicitur ἰδιωτικὰ καὶ χρηματικὰ ἐγκλήματα. Archiv. Vol. VIII, p. 426. sqq. 645. sqq. Diversus etiam verborum usus erat in jure Attico veteri. Cff. loca *Demosthenis* et *Isocratis*, a *Meiero* et *Schömanno* allata: τὰ μεν ἔγκλημά ἐστι περὶ χρημάτων, atque τὰς μὲν δίκας ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐγκλημάτων λαγχάνουσιν, τὰς δὲ κατηγορίας ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ποιοῦνται. Ex hoc loco *Otto*, de Atheniensium actionib. forensib. Lips. 1820 effecit, verbis δίκη et κατηγορία privatae et publicae actionis differentiam indicari, quod *Meier* et *Schömann* l. l. p. 195 recte

illam etiam Lysias ipse διαδικασίαν vocat, quod nomen peculiari generi actionum tribuebatur, quae maximam partem, non tamen omnes, ad privatas pertinebant (1). Actionum publicarum itidem peculiare genus nomine προβολή distinguebatur (2), quod potius in peculiari forma judicii publici constabat, praeter quam nonnunquam ejusdem maleficii causa aliae quoque actiones publicae locum habere poterant (3), veluti in causa, quam Demosthenes contra Midiam egit, actio privata

---

exploserunt, veriorem simul vocum ἐγκλήματα et γραφαὶ significationem indicantes. Minus accurate etiam hasce *Otto* populares vel publicas actiones appellavit; neque tamen *Meiero* et *Schömanno* prorsus assentiendum esse videtur, ubi populares actiones Romanorum ad jus privatum pertinuisse contendunt. Cf. etiam *Reiskii* annot. ad *Demosth.* Orator. Vol. XI. p. 922. sqq. et *Sigonius* de Rep. Ath. Lib. III. cap. 1. Opp. Vol. V, p. 87, 88, 96, de public. et priv. actionum differentia et singulis tam hujus quam illius generis controversiis. (1) Cf. *Meier* de bon. damnat. p. 220. Ejusdem et *Schömanni*, Attischer Process, p. 365 et 574. (2) Cf. *Schömann*, de Comitiis Atheniensium, Gryphiswaldiae 1819, p. 227, sqq. Ejusdem et *Meieri* der Attisch. Process, p. 271, Cf. etiam *Taylor* Praefatio ad Orat. in Midiam, Ejusdemque et *Wolfii* annot. ad hanc Orat. in *Reiskii* Orat. Vol. IX, p. 562, 587. sqq. (3) Cf. *Isocrates*, quem l. l. laudat *Taylor*: περὶ δὲ συκοφαντῶν..... γραφὰς μὲν πρὸς Θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ' εἰς τὴν βουλὴν, προβολὰς δ' ἐν τῷ δήμῳ sc. ἔθησαν. Haec autem judicii forma etiam in aliis maleficiis obtinuit: προβολαὶ δε ἦσαν καὶ αἱ τῆς συκοφαντίας γραφαί. ἐγένετο δὲ καὶ περὶ τῶν ἐξυβρισάντων κ.τ.λ. ut refert *Pollux* Lib. VIII, c. 6. § 46. Cf. *Taylor*, l. l. p. 563.

prodita erat (1). Constabat illa forma proprie in populi praejudicio, quo lato res ad Thesmothetas nonnunquam deferebatur ad novum judicium publicum instituendum (2). Universe autem dicendum est, nos neque publicae injuriae, neque publicae actionis notionem omnino certam nobis informare posse ex iis, quas habemus, Iuris Attici reliquiis, quamvis certe dici posse videatur, has notiones alias fuisse ac notiones Romanorum (3). Ceterum in actionum, judicio-

---

(1) *Reiskii*, p. 523. *ὅτι καὶ δίκας ἰδίας δίδωσιν ὁ νόμος μοι, καὶ γραφὴν ὕβρεως.* (2) Hinc etiam *Demosthenes* adv. Midiam, qui praeter modum contumeliose se gesserat, p. 529. *Reiskii* legem laudat his verbis scriptam: *ἐάν τις ὑβρίσῃ εἴς τινα... γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν.* (3) Publicam actionem fuisse eam, quam quivis ex populo instituere poterat, velut ea *γραφὴ ὕβρεως*, de qua in not. 1 et 2. dictum est, cum *Salmasio* etiam existimavit *Taylor*, imprimis propter locum Demosthenis, p. 528. *Reiskii*, ubi praeter alia multa etiam notatu dignae voces *κοινὰ ἀδικήματα* et *ἰδίας καὶ δημοσίας βοηθείας*, atque haec leguntur: *διόπερ καὶ τῆς ὕβρεως αὐτῆς τὰς μὲν γραφὰς ἔδωκεν ἅπαντι τῷ βουλομένῳ, τὸ δε τίμημα ἐποίησεν ὅλον δημόσιον. τὴν γὰρ πόλιν ἡγεῖτο ἀδικεῖν, οὐχὶ τὸν παθόντα μόνον.* Cf. *Reiskii* Orat. Vol. IX, p. 588. Ex alio loco Demosthenis, p. 523. *Reiskii*, *εἰ δ' ἐγὼ τὴν ἐπὶ τῶν ἰδίων δικῶν πλεονεξίαν ἀφεὶς, τῇ πόλει παραχωρῶ τῆς τιμωρίας κ. τ. λ.* *Wolfius* statuit, publicorum criminum mulctam ad rem publicam, privatorum ad accusatorem rediisse, Cf. *Reiskii* Or. Vol. IX, p. 581. Videtur autem publicae actionis notio non semper quadrare in notionem publicae injuriae, nec verba *Ulpiani* supra relata in not. 2. p. 11. rectam rei notionem nobis suppeditare possunt, cum sint posterioris aetatis.

rum et maleficiorum causa saepius etiam id, quod plerumque voce δημόσιον exprimebatur, verbis κοινὸν sive τῆς πόλεως significabant Graeci, quibus verbis eodem modo τὸ ἴδιον opponebant (1). Neque solum hae privati et publici appellationes ad judicia, actiones et injurias, verum etiam ad alias res, de quibus in jure agi solet (2), atque adeo ad ipsas voces νόμος atque δίκαιον

---

(1) Cf. loc. laud. in not. 3. p. 12. et not. 3. p. 14. Cf. πολιτικὴ καὶ κοινὴ βοήθεια χρημάτων, *Demosthenes* pro Coron. p. 329. κοινοὶ πᾶσιν εἶσιν οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες.... κατὰ δέ τὴν πάντων μετουσίαν κ. τ. λ. *Demosth.* adv. Aristocr. p. 633. Cf. *Schömann* de Comitiis Athen. p. 215 et ibi laud. *Suidas:* εἰσαγγελία κυρίως ἡ περὶ κοινῶν καὶ δημοσίων ἀδικημάτων εἰσαγομένη ὑπὸ τῶν πρυτανέων δίκη, ubi tamen ille καινῶν legendum esse putat. Cf. etiam *Hermann*, de vestigiis instit. vet. p. 46 et laud. ibi *Xenophon:* τὸ ψήφισμα· ὃ κελεύει ἐάν τις τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον ἀδικῇ, δεδεμένον ἀποδικεῖν ἐν τῷ δήμῳ etc. Fortasse magis adhuc quam voce δημόσιον ἀδίκημα verbis κοινὰ ἀδικήματα injuriae adversus rem publicam significantur, nec hoc a more loquendi Graecorum alienum esse videtur. Demosthenes etiam ἰδίαν βλασφημίαν appellat injuriam ea fere mente, qua *Quinctilianus* dicit: injuriam privatam, maleficium adversus me commissum. Cff. Archiv des Criminalrechts Vol. IX, p. 396. *Demosthen.* p. 1487. *Reiskii*, et Orat. Vol. XII, p. 414.

(1) Cf. in not. 2. p. 11. not. 3. p. 12. not. 3. p. 14 et. not. 1, hac pag. divers. loc. ubi ea verba conjuncta reperiuntur cum verbis χρήματα, πράγματα, τίμημα, βοήθεια. Sub voce δημόσιος saepius servus publicus intelligitur: vox δημοσία saepius ita usurpatur, ut ψήφῳ vel χρείᾳ subintelligatur. Nonnunquam δημόσιον atque δημοτικὸν sibi opponuntur ad res populi et singularum curiarum distinguendas, e. g. in

adhibebantur (1). Saepius vero iisdem non publici et

---

conjunctione cum voce *ἱερόν*, sicut etiam in L. 4. D. *de collegiis*, iis quae constituit *δῆμος* opponuntur *δημόσια γράμματα*, sive leges publicae. Hac voce etiam Demosthenes, alia tamen mente, utitur. Idem peculiari sensu *ἰδίας πόλεις* appellat civitates nulli foederis vinculo obnoxias: *πολιτείαν κοινὴν* atque *ἰδίαν* etiam nominat *Aeschines* p. 387 *Reiskii* Cf. Indicem Graecitatis Demosth. et Aesch. in *Reiskii* Vol. XII et IV, s. vv. *κοινός*, *ἴδιος*, *δημόσιος*, *δημοτικός*. (1) *κοινὸν νομὸν* atque *γεγραμμένον* distinguit *Demosthenes* p. 639. *Reiskii*, tamquam *κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων*. Similiter p. 778. leguntur verba: *τὰ κοινὰ δίκαια* atque *πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις*. Idem p. 199. *τῶν ἰδίων δικαίων τῶν ἐν ταῖς πολιτείαις οἱ νόμοι κοινὴν τὴν μετουσίαν καὶ ἴσην ἔδοσαν καὶ τοῖς ἀσθενέσι καὶ τοῖς ἰσχυροῖς*. Peculiari sensu idem pro Eubulid. p. 1300. mentionem facit *τῶν ἱερῶν καὶ κοινῶν δικαίων*. In aliis locis multis *τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ὁσίων* sc. *δικαίων* vel. *χρημάτων* mentionem factam esse videmus, e. g. etiam apud *Demosthenem* p. 1380, 1067, 641, 633, 727, 730, 732, 735, 737, 738, 743, 702, ubi notatu digna verba: *τῶν ἱερῶν μὲν χρημάτων τοὺς θεούς*, *τῶν ὁσίων δέ τὴν πόλιν ἀποστερεῖ*. *Plutarchus* etiam, Thes. cap. 25, Eupatridarum jura fuisse dicit: *γινώσκειν τὰ θεῖα*, *καὶ παρέχειν ἄρχοντας*, *καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι*, *καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς*. Cf. cum his L. 1. § 1. et L. 10. § 2. D. *de just. et jure.* »rerum *hum.* et *divinar: boni* et *aequi* notitia." Interpretes modo *sacri* et *sancti*, modo *sacri* et *publici*, modo *sacri* et *profani*, verbis, vel adeo locutione *aris* et *focis* notionem illam reddere conati sunt. Cf. *Taylor.* ad *Lysiam* p. 862, et *Aeschines* p. 48 *Reiskii*. Ex loco *Demosthenis*. p. 737. 738. *Reiskii*, ubi leguntur verba: *μήθ' ὑπὲρ τῶν ἱερῶν μήθ' ὑπὲρ τοῦ δήμου* efficit *Taylor*, illorum verborum differentiam fere eandum esse quam inter res *sacras* et *universitatis* statuerant Romani. Cf. *Schömann* de Comitiis p. 247. *E. Plat-*

privati differentia, sed longe alia exprimitur, imprimis apud Philosophos, apud quos *νόμος ἴδιος* atque *νόμος κοινός* sibi opponuntur (1). Mente non prorsus diversa

---

ner, Beiträge zur Kenntniss des Att. Rechts, Marb. 1820. p. 41. 114. *Petitus* legg. Att. p. 11. et 12. 214. et 231. Ceterum, ut recte *Schömann* monuit, vox *ὅσιος* varias habere videtur significationes. Cf. *Demosth.* p. 587: *ὁσίαν καὶ δικαίαν ψῆφον*, p. 641. *ἱερῶν, ὁσίων καὶ νομίμων*. Cum autem *νόμιμον*, cum quo non confundendum est *νομικὸν*, idem sit atque *δίκαιον*, voce *ὅσιον* saepius etiam aequum significari videtur. Cf. *Veder*, de phil. Iur. apud Veteres, p. 275. sqq. p. 277. Cff. etiam locutiones *οὐδ' ὅσιον*, *οὐδὲ θέμις*, *οὐδὲν οὔτε βέβαιον οὔτε ὅσιον*, *οὔτε θεοὺς οὔθ' ὅσιαν*, *Demosth.* p. 794. 662. 548. Legitur etiam *οὔθ' ἱερῶν οὔτε τε δημοσίων* apud eundem, p. 525. P. 525. idem *ἱερὸν νόμον* partem Juris Attici appellat, et p. 730. *διοίκησιν ἱερὰν καὶ ὁσίαν* distinguit, quod nonnulli administrationem rerum sacrarum et publicarum esse putant. Distinguuntur ceteroquin etiam in Iure Attico *ἴδια καὶ κοινὰ ἱερὰ*, velut Romani inter sacra publica et privata distinguebant, quamquam sacrorum jus juris publici partem esse dicebant. Cf. L. 1. § 2. D. *de Justit. et Jure*. L. 9. § 1. D. *ad leg. Jul. pecul.* Cf. *Platner*, Beiträge, p. 68. 69. (1) Cf. *Veder*, l. l. p. 285, ubi duplicem explicat vocum *ἴδιος νόμος* et *κοινὸς νόμος* significationem apud *Aristotelem*, Rhetor. I, 10. 533. 13. 540. 541, alteram fere similem ei, quam ex *Demosthene* p. 639, praecedente nota retulimus, alteram ab ea diversam, imprimis quatenus ille statuit *νόμον κοινόν δὲ τὸν κατὰ φύσιν*. Cf. *Demosth.* p. 774. 794, ubi *φύσει* et *νόμοις* sibi opponuntur, et cum illa voce *ἴδιον*, cum hac *κοινόν* peculiari ratione conjungitur. Cf. etiam amici *J. A. C. van Heusde*, M. Tullius Cicero ΦΙΛΟΠΛΑΤΩΝ, Traj. 1836.

etiam posteriori aetate Iuris Romani interpretes Graeci iisdem verbis utebantur ad eam differentiam exprimendam, quam alias vocibus *ἐθνικὸν νόμιμον* et *πολιτικὸν νόμιμον* indicabant (1). Iis enim id significabant, quod ICti Romani jus gentium atque civile, sive jus omnibus gentibus commune, atque id quod quaevis civitas sibi proprium constituit, appellare solebant. Neque igitur certae, ut in Iure Romano, juris publici atque privati appellationes in Iure Attico reperiuntur, neque apud scriptores Graecos aliqua utriusque juris definitio legitur. Erant etiam apud eos Philosophi, qui in constituenda republica nullum fere jus privatum esse voluerunt, velut Plato, cujus maxime doctrinam respiciens nostra quoque aetate ICtus Hugo non prorsus in civitate necessariam esse juris publici et privati distinctionem, persuasum sibi habet (2). Minime vero ex illa, quam celeberrimus Atheniensium et omnium Graecorum Philosophus de jure constituendo sententiam habuit,

---

p. 239. imprimis verba ibi allata *Platonis*, de Legg. 1, p. 644. D. τῆς πόλεως κοινὸν νόμον, δόγμα πόλεως κοινὸν νόμος, et verba *Demosthenis* in L. 2. D. *de legib*; νόμος πόλεως συνθήκη κοινή. (1) Cf. *Theophilus* ad *Justiniani* Inst. L. I, tit. 2. pr. et § 1. Ius naturale ibi appellatur Φυσικὸν νόμιμον, sive νόμον Φυσικόν, jus publicum et privatum vero δημόσιον et ἰδιωτικὸν δίκαιον. (2) Naturrecht, § 105-114. Cf. etiam § 85. § 11-13. Cf. *Hermann*, de vestigiis instit. vet. p. 15, et laud. ibi *Wachsmuth*, Hellen. Alterthumsk. T. II, P. II, p. 6. sqq.

efficere licet, in Iure quoque apud Athenienses constituto nullam prorsus juris publici et privati differentiam exstitisse (1). Hoc autem videtur cum Platnero dici posse (2): » Die innige Verbindung des öffentlichen mit dem Privatrechte ist als eine characteristische Eigenthümlichkeit des Attischen Rechtszustandes anzusehen." Causam haec dicendi viro Iuris Attici peritissimo imprimis ea Iuris hujus constitutio praebuit, ex qua, secundum Oratorum dicta, phratriarum quae dicebantur (φρατριῶν) vis directa et praecipua in jure privato, atque hujus ope etiam in jure publico non exigua cernitur. Eadem mente ille in exponenda constitutione curiarum (δημῶν) monuit (3):

(1 *Platner* in opere: Notiones juris et justitiae ex Homeri et Hesiodi carminibus explicatae, Marb. 1819, p. 127. in Capite VI, quod de jure privato est inscriptum, jam Homeri aetate ejus juris vestigia reperiri apud Graecos docuit, appellationis vero ejus vestigia ex ea aetate certe reperire non potuit. Neque *Platnerus* in peculiari capite de jure publico tractandum esse censuit, sed potius omnis disputationis duas partes esse voluit, ex justitiae humanae et divinae differentia. In parte inscripta de justitia humana egit praeter alia de societate civili in universum, de regibus, proceribus et populo, de criminibus et de jure privato. (2) Beiträge, p. 103. (3) Ibid. p. 157. - *Schömann*, de Comitiis, L. III, Cap. 1, de divisione populi Attici in φυλὰς et δήμους, sive in tribus et curias dicens, curiarum appellationem aptiorem esse censet, quam appellationem populorum, quo alii utuntur, nomen curiarum phratriis tribuentes. *Sigonius*, de Rep. Athen. I, 2. et II, 2. Opp. Vol. V, p. 10 et 39, φρατρίας, γένη, φυλὰς, δήμους

»Die Demen und Phratrien als Wurzeln des Staatsorganismus greifen gleich stark in das öffentliche wie in das Privatleben ein; und ohne Kenntniss der Phratrien und Demen bleibt dieses, wie jenes in seinen Verhältnissen und Einrichtungen unverständlich.“ Ceterum etiam Heffterus (1) sibi persuasum habuit, jurisprudentiam Atticam in causarum publicarum et privatarum distinctione parum certam fuisse atque definitam. Hac ex causa quoque nobis minus aptum esse videtur, in exponenda conditione civili feminarum

appellat curias, gentes, tribus et populos. *Hermann*, de vestig. instit. Veter. p. 36. Φρατρίας atque δήμους, de quibus *Plato* de Legg. L. V, p. 746. D, curias et pagos vocat. Nos magis *Schömannum* sequentes, phratrias et gentes, tribus et curias appellabimus quatuor illa universitatum genera. De diversis his populi Attici divisionibus in opere: Beiträge etc. uberius scripsit *Platnerus*. Cf. ejusdem notiones, p. 91. de vocibus Φῦλα et Φρῆτραι apud *Homerum;* et *Hüllmann*, staatsrecht des Alterthums, Cöln. 1820, § 1. 2. 3. 33. — De phratriis etiam scripsit *Ignarra*, cujus sententias passim examinavit *Platnerus*. (1) Athenäische Gerichtsverfassung, p. 114, ubi post indicatam causarum publicarum et privatarum differentiam, ita pergit auctor: »Eine Mittelgattung zwischen den Privat-und öffentlichen Sachen bilden diejenigen, welche der Form nach zwar zu den ersteren gehörten, jedoch ausser der dem Beeinträchtigten gebührenden Genugthuung noch eine Strafe an den Staat zur Folge haben konnten. Die Athenäische Jurisprudenz schwankt, ob sie derlei Sachen zu den öffentlichen oder zu den Privatsachen rechnen solle — von einer genauen Terminologie kann aus begreiflichen Ursachen überhaupt keine Rede seijn — wenn gleich über ihre wahre Natur kein Zweifel obwaltet.“

Atheniensium rem ipsam ex publici et privati juris differentia duobus capitibus distinctis tractare. Ad hanc causam accedit altera, inde repetenda, quod revera etiam apud Athenienses, sicut apud alios et antiquitatis et recentioris aetatis populos, feminae fere pro nullis habitae sunt in ea Iuris parte, quae publica esse ex nostris notionibus intelligitur. Erant tamen quaedam populi Atheniensium instituta, quae tam cum publico quam cum privato jure arctissime cohaerebant, et in his etiam feminarum aliqua vis erat, jure concessa. Hoc imprimis cernitur in constitutione earum universitatum, quae Φρατρίαι, quarumque sodales Φράτορες appellabantur. In quarum consociationum naturam paululum uberius inquirentes, duce potissimum Platnero, in iis, quae ex ejus opere modo citavimus, jam sufficientem ejus inquisitionis rationem reddidisse videbimur.

Praeter Φρατρίας autem aliae erant civium Atheniensium communitates, imprimis eae, quae γένη sive gentes appellatae, cum phratriis peculiari necessitudine continebantur, sicut ex altera parte Φυλαί et δῆμοι, sive tribus et curiae (1) inter se arctiori vinculo cohaerebant, ita tamen, ut phratriarum quoque ad tribus aliqua relatio esset. Est quidem a Niebubrio (3) contra

(1) Cf. quae hac de re dicta sunt p. 19, not. 3. (2) Römische Geschichte, 1ste Ausg. p. 230, 2te Ausg. p. 323, cui eco in tertia nihil additum est.

Salmasium aliosque haec necessitudo negata atque ab eo monitum, tribuum a Clisthene ordinatarum nullam fuisse cum phratriis et gentibus conjunctionem. Platnerus autem contendit, Clisthenem, cum rempublicam Atheniensium in novam formam redigeret, cum tribubus antiquis etiam ipsas phratrias mutasse, atque hoc tum Oratorum Graecorum tum Aristotelis testimoniis probare studuit (1). Ex ejus sententia etiam tribus a Clisthene institutae in civium Atheniensium conditionem tam in jure publico quam in privato non minorem vim habebant quam tribus, in quas jam antiquiori aetate divisus erat populus Atheniensis. Non pertinet ad propositum nostrum hanc controversiam distrahere. Platneri tamen sententiam non prorsus improbandam esse putamus, quamquam ille non satis nobis eam necessitudinem respexisse videtur, quam posteriori adhuc aetate phratrias inter et gentes obtinuisse, ex ipsis ab eo allegatis locis patet. Phratriarum et gentium frequens etiamnunc apud Oratores Atticos fit mentio (2), et certe ad feminarum conditionem explicandam ea quoque phratriarum constitutio inservire potest, quae post Clisthenem in re publica Atheniensium animadvertitur. Ceterum Platnerus ipse concedit, Clisthenem nihil mutasse in gentium institutione, qua

(1) Beiträge, p. 63. sqq. p. 66. sqq. (2) Cf. *Platner*, Beiträge, p. 72, ubi diligenter collecti sunt loci, etiam ii, quibus γένη atque γεννηταί, sive gentiles et gentes nominantur.

de re his utitur verbis (1): » Die Verwaltung und Leitung des Gottesdienstes, welche die ursprüngliche Bestimmung und das Wesen der Geschlechter ausmachte, erhielt sich auch nach der Gesetzgebung des Clisthenes in Ansehen und Würden." Imo testimoniis adhibitis probat, posteriori adhuc aetate singulas gentes hoc privilegium habuisse, ut praeessent publicis sacris (2), eosque sacerdotes quodammodo impietatis judices fuisse (3). His autem adjungit sequentia: » Ausser dem öffentlichen Gottesdienst scheint dieser alte Geschlechtsadel in sonstigen Angelegenheiten der Religion den Einfluss und die Wirksamkeit, die er sich früher zugeeignet, bis zu den späteren Zeiten als seinen

---

(1) Ibid. p. 80. (2) Est omnino notatu dignus locus apud *Aeschinem* adv. Ctesiph. p. 406. *Reiskii:* *τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος, καὶ συλλήβδην ἅπαντας, καὶ χωρὶς ἑκάστους κατὰ σῶμα τοὺς τὰ γέρα μόνον λαμβάνοντας, καὶ τὰς εὐχὰς ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐχομένους. καὶ οὐ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ κατὰ γένη,* Εὐμολπίδας *καὶ* Κήρυκας *καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας.* Cf. quae supra dicta sunt circa *κοινὰ ἱερά* in nota 1. p. 16. (3) *Lysias* in Andoc. p. 204. *Reiskii:* *καίτοι* Περικλέα *ποτέ φασι παραίνεσαι ὑμῖν περὶ τῶν ἀσεβούντων, μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις, καθ' οὓς* Εὐμολπίδαι *ἐξηγοῦνται· οὓς οὐδείς πω κύριος ἐγένετο καθελεῖν, οὐδὲ ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασιν.* Hic locus, quem non satis accurate reddidisse videtur *Platnerus*, p. 80, nonnihil facere videtur ad explicandum, qua mente *Demosthenes* scriptae legi *νόμον κοινόν* opposuerit, l. l. p. 17. not. 1.

charakteristischen Beruf festgehalten und geltend gemacht zu haben. Höchst wahrscheinlich war in den Demen die Verehrung der Götter und Heroen meistentheils seiner Leitung überlassen, ob es gleich keinem Zweifel unterworfen ist, dass die Demen für sich und ohne Rücksicht auf die Genneten ihre eignen sacra begingen. Harpocration und Suidas (1) berichten, dass an den Theönien, die Bacchusfesten in den Demen die Genneten opferten (2)." Alio loco dicit: »die Geschlechter werden als verwandtschaftliche Vereinigungen angesehen und behandelt, und es ist wohl nicht zu bezweifeln, dass die einzelnen Familien in den Geschlechtern ursprünglich in den Verhältnissen der Blutfreundschaft und Schwägerschaft zu einander standen. Daher heissen auch die Genneten *συγγενεῖς*, *Φράτορες* (3)." Dubitandum autem est, an gentiles eo nomine appellati fuerint (4)? Praeterea Harpocration, Suidas et alii, quorum testimonio maxime nititur, ipsi poterant hac in re in errore versari (5). Apud Oratores saepius simul et *Φράτορες* et *συγγενεῖς* et *γεννηταὶ* et *δημόται* nominantur, ita tamen, ut inter *Φράτορας* et *γεννητάς* his quo-

(1) v. *θεοίνιον* et *θεοίνια*. (2) Beiträge p. 81. Cf. laud. ibi *Böckh*, Staatshaushaltung der Athener, Th. I, p. 228. (3) Beitr. p. 99. Eos etiam *ὁμογάλακτας* appellatos esse, ibidem contenditur. (4) Similia etiam *Platnerus* ipse monet, p. 83, circa appellationem *ὀργεῶνες* gentilibus tributam. (5) Diversas quoque illorum scriptorum explicatio-

que locis arctior necessitudo appareat (1). Nullo igitur modo assentiri possumus Viro Cl. dicenti, posteriori aetate gentes non amplius fuisse phratriarum partes, nullamque amplius gentes inter et phratrias politicam conjunctionem exstitisse (2). Videmus etiam, praecipue in Isaei et Demosthenis orationibus, pluribus locis gentium et phratriarum necessitudinem quandam indicatam (3). Platnerus ipse, quamquam a

---

nes esse et inter se discrepantes, *Platner* docet, p. 78 et 79.

(1) Imprimis notatu dignus est locus apud *Demosthen.* p. 1305: *κάλει δή μοι καὶ τοὺς Φράτορας· ἔπειτα τοὺς γεννητάς.... λάβε δὴ καὶ τὰς τῶν δημοτῶν μαρτυρίας, καὶ τὰς τῶν συγγενῶν, περὶ τῶν Φρατόρων, ὡς εἵλοντό με Φρατρίαρχον..... τὰ μὲν τοίνυν ὑπὸ τῶν ζώντων συγγενῶν καὶ Φρατόρων καὶ δημοτῶν καὶ γεννητῶν, ὧν προσήκει, μαρτυρούμενα ἀκηκόατε.* p. 1306. *Φράτορσι, συγγενέσι, δημόταις, γεννηταῖς.* (2) Beiträge, p. 77. 78. Dubium est, num verba Scholiastae: *Φρατρία δέ ἐστιν τὸ τρίτον μέρος ἑκάστης Φυλῆς*, ad tribus posterioris aetatis pertineant. Neque ex verbis *Aristotelis*, a *Platnero*, p. 70. relatis: *Φυλαὶ τε γὰρ ἕτεραι ποιητέαι πλείους, καὶ Φράτριαι κ. τ. λ.* effici potest, Clisthenem phratrias plane a gentium nexu sejunxisse. (3) Praeter locum, hac pag. not. 1. indicatum, Cf. *Demosth.* contra Neaer. p. 1363. sqq.: *Φέρε δὴ ὑμῖν καὶ ἑτέραν μαρτυρίαν παράσχωμαι τοῦ τε Φράστορος καὶ τῶν Φρατόρων αὐτοῦ, καὶ γεννητῶν, ὡς ἔστι ξένη Νέαιρα αὕτη.* *Isaeus* de Appollod. hered. p. 168. *Reiskii: ὡς δὲ ἐμὲ ἐποιήσατο υἱὸν ζῶν αὐτὸς, καὶ κύριον τῶν αὐτοῦ κατέστησε, καὶ εἰς τοὺς γεννητὰς καὶ εἰς τοὺς Φράτορας ἐνέγραψε.* p. 169. *καὶ ἐπειδὴ θαργήλια ἦν, ἤγαγέ με ἐπὶ τοὺς βωμοὺς εἰς τοὺς γεννητάς τε καὶ Φράτορας. ἔστι δ' αὐτοῖς νόμος ὁ αὐτός, ἐάν τέ τινα Φύσει*

Niebuhrii sententia de phratriarum constitutione posteriori aetate dissentit, hoc tamen admittit, phratrias ab origine sua conjunctiones ejusdem naturae ac gentes fuisse, majoris tamen ambitus et tam harum quam illarum naturam constitisse in cognatione quadam republica et religione sacrata (1). Neque hoc penitus mu-

---

γεγονότα εἰσαγάγῃ τις, ἐάν τε ποιητὸν, ἐπιτιθέναι πίστιν κατὰ τῶν ἱερῶν, ἦ μὴν ἐξ ἀστῆς εἰσάγειν, καὶ γεγονότα ὀρθῶς, καὶ τὸν ὑπάρχοντα Φύσει καὶ τὸν ποιητόν. Cf. p. 177, 190. et *Platner*, Beitr. p. 72. (1) Beitr. p. 101. sqq. »Dass der Ausdruck Φρατρία oder Φατρία ein Verhältniss der Blutverwandschaft bezeichne, ist von früheren Schriftstellern bemerkt, und mit den gehörigen Belegen erläutert worden. S. *Ignarra*, L. 1, c. 1. et 12. Auch darf man es wohl als wahrscheinlich annehmen, dass die durch Vaterland und Geschlecht verbundenen ursprünglich Eine Phratrie ausmachten. Ueber die Beziehungen der Phratrien zu dem früheren gesellschaftlichen Zustande und über ihren Einfluss auf die Entwicklung und Ausbildung der Staatsverfassungen hat *Hüllmann*, Anfänge der Griech. Gesch. S. 125-156, manches Geistreiche gesprochen, welches hier umsoweniger wiederholt zu werden braucht, da unsere Aufgabe zunächst die ist, das politische Verhältniss der Phratrien zu dem öffentlichen sowohl als zu dem Privatrechte der spätern Zeit speciell nachzuweisen. Die Phratrien waren ursprünglich Gemeinden derselben Gattung wie die Geschlechter, nur von einem grössern Umfang und einer mannichfaltigern Zusammensetzung, daher beide in einer und derselben Bestimmung zusammentrafen: — Auch die Phratrien waren religiöse Gemeinden unter dem Schutz gewisser Gottheiten. In den früheren Zeiten wo alles Bürgerliche in dem Religiösen wurzelte, griff die Eintheilung der Phratrien wohl bedeutender in den Staatsorganismus

tatum esse a Clisthene, vir Clar. probare potuit, et ipse statuere videtur, magnam diversitatem phratrias inter et curias posteriori adhuc tempore conspicuam.

Post expositam phratriarum constitutionem, de curiis ita dicit (1): »Haben wir bis jetzt die Phratrien als die ursprünglichen Grundbestandtheile der Attischen Verfassung kennen gelernt, und gesehen, wie sich der Staat bei seinem Entstehen in Form einer religiösen Gemeinde darstellt, so wollen wir nun die von Clisthenes organisirten Demen in Betrachtung nehmen,

---

ein, als späterhin, wo alle politischen Einrichtungen auf die Phylen und Demen zurückgeführt wurden und diese die bleibenden Organe bildeten, durch welche der Staat seine Zwecke realisirte.... Das Wesen der Phratrien.... ist Verwandtschaft und zwar eine durch Staat und Religion geweihte Verwandschaft, welche der abkömmlichen durch Blut gleichgesetzt wird, und mit dieser in mannichfacher Beziehung steht." Cf. etiam p. 153 et sqq., ubi ex *Demosthene* adv. Macart. p. 1069. lex Draconis laudatur, et post explicatam *feminarum* inductionem in *phratrias* additur: »Wie demnach der von den Phratrien aufgestellte Begriff einer durch Staat und Religion geheiligten Verwandschaft durch die angegebenen Beziehungen gerechtfertigt wird, so bewahrheitet und beglaubigt ihn das Draconische Gesetz über die Blutrache." Haec autem res apud populos Germanicos arctissime cohaerebat cum jure hereditatis, e. g. in lege Werinorum, Tit. VI, § 5: »ad quemcunque *hereditas* pervenerit, ad illum et *ultio proximi* etc." Incertum est, quatenus idem apud Graecos locum habuerit. Cf. Beitr. p. 154: »Ob und inwiefern den Genneten und Phratrien *Erbrechte* zustanden, darüber finden wir keine weitere Nachweisungen." Ad hanc tamen rem infra revertemur. (1) Beiträge, p. 157.

welche als Gegensatz der Phratrien die Eigenthümlichkeit derselben um so hervorstechender bezeichnen. Auch ist es um so nöthiger die Demen mit den Phratrien zusammenzustellen, da sich beide oftmals berühren, und das Verhältniss derselben zum Staat nur dann anschaulich werden kann, wenn wir sie in ihren gegenseitigen Beziehungen aufgefasst haben." Alio loco (1) demonstrat, hasce curias tamquam corpora religiosa considerari non posse earumque institutionem mere politicam fuisse. Hoc idem vero ne ultimis quidem reipublicae temporibus de phratriis dici posse,

---

(1) Ibidem, p. 166. sqq. » Die von Clisthenes statt der Naucrarien errichteten Demen waren, wie die Phylen, eine rein geographische Abtheilung, welche allgemein und durchgreifend für ganz Attika galt.... Jeder Attiker musste einem Demus angehören. Indem Clisthenes bloss auf das Geographische und auf die Wohnung Rücksicht nahm, und mithin Schutzverwandte, Fremde und Sclaven in die Demen aufnahm, so machte er sie zu besondern von den Naucrarien und den alten Ortschaften an Art und Zahl der Mitglieder verschiedenen Gemeinden..... Die Demen waren demnach integrirende Theile der Phylen und des Staats, und stellten in ihrer Verfassung diesen im Kleinen dar, ohne jedoch eine politische Selbstständigkeit zu geniessen..... Die Demen waren in soweit ihre Organisation von Clisthenes herrührt, keine religiöse Corporationen, und standen mit dem Cultus in keinem Zusammenhange, oder waren wenigstens nicht darauf fundirt. Ihre Bestimmung und Tendenz war vielmehr eine politische, wie sich aus der Wirksamkeit derselben und aus der Geschäftsthätigkeit ihrer Vorsteher oder Demarchen ergiebt."

cuicunque vel leviter rem attingenti patebit, et ipsa, quae omni aetate exstitit, phratrias inter et curias differentia, accurate examinata plurimum ex mea sententia valet ad conditionem civilem feminarum Atheniensium melius intelligendam. Ipsa etiam gentium constitutio cum phratriarum institutione constanter conjuncta hac in re alicujus momenti esse videtur. Hoc imprimis patet ex loco Isaei, quem jam supra laudavimus, cum de feminarum partibus in Thesmophoriis diceremus (1), quamobrem eundem ipsis oratoris verbis hic afferre licebit. Leguntur autem in ejus oratione de Cironis hereditate (2) haec notatu digna: *οὐ τοίνυν ἐκ τούτων δῆλόν ἐστι μόνον, ὅτι ἦν ἡμῶν ἡ μήτηρ θυγάτηρ γνησία Κίρωνος, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ὁ πατὴρ ἡμῶν ἔπραξε, καὶ ἐξ ὧν καὶ αἱ γυναῖκες αἱ τῶν δημοτῶν περὶ αὐτῆς ἐγίνωσκον· ὅτε γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐλάμβανε, γάμους εἱστίασε, καὶ ἐκάλεσε τρεῖς αὑτοῦ Φίλους μετὰ τῶν αὑτοῦ προσηκόντων, καὶ τοῖς Φράτορσι γαμηλίαν εἰσήνεγκε, κατὰ τοὺς ἐκείνων νόμους. αἵ τε γυναῖκες ἐκ τῶν δημοτῶν μετὰ ταῦτα προύκριναν αὐτὴν μετὰ τῆς Διοκλέους γυναικός, τοῦ Πιτθέως, ἄρχειν εἰς τὰ ΘεσμοΦόρια, καὶ ποιεῖν τὰ νομιζόμενα μετ' ἐκείνης. ὅ, τε πατὴρ ἡμῶν, ἐπειδὴ ἐγενόμεθα, εἰς τοὺς Φράτορας ἡμᾶς εἰσήγαγεν· ὀμόσας κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους, ἦ μὴν ἐξ ἀστῆς καὶ ἐγγυητῆς γυναικὸς εἰσάγειν. τῶν δὲ Φρατόρων οὐδεὶς ἀντεῖπεν κ. τ. λ.* (3). Recte omnino Platnerus anim-

(1) In Parte literaria, Cap. III, p. 69. (2) p. 207. sqq. *Reiskii*. (3) Cf. alius locus *Isaei*, p. 66: *δῆλον γὰρ ὅτι, εἰ*

advertit (1), probari hoc loco civitatem mulieris ex eo, quod eam *αἱ γυναῖκες τῶν δημοτῶν* elegerant, ut Thesmophoriis praeesset, et revera tum ex hoc facto, tum ex ipsa illius mulieris filiarumque ejus in *phratrias* inductione (2) ista probatio repetitur. Plus autem idem locus continere videtur. Causa enim ex qua mulieris civitas sive potius *γνησιότης* probari posse intelligebatur electione ejus modo memorata, non alia fuisse videtur quam orta ex hac electione praesumtio, eandem mulierem ad *gentem* aliquam adeoque nobiliorem pertine-

---

*ἐπείσθη ἐγγυήσασθαι, ἐπείσθη ἂν καὶ γαμηλίαν ὑπὲρ αὐτῆς τοῖς Φράτορσιν εἰσενεγκεῖν, καὶ εἰσαγαγεῖν τὴν ἐκ ταύτης ἀποφανθεῖσαν θυγατέρα ὡς γνησίαν οὖσαν αὐτῷ, καὶ [ἔν τε τῷ δήμῳ] * κεκτημένην τὸν τριτάλαντον οἶκον, εἰ ἦν γεγαμηκώς. ἠναγκάζετο ἂν ὑπὲρ τῆς γαμετῆς γυναικὸς καὶ θεσμοφόρια ἑστιᾶν τὰς γυναῖκας, καὶ τἆλλα, ὅσα προσῆκε, λειτουργεῖν ἐν τῷ δήμῳ, ὑπὲρ τῆς γυναικὸς, ἀπό γε οὐσίας τηλικαύτης. οὐ τοίνυν φαίνεται οὐδὲν τούτων γεγενημένον οὐδεπώποτε.* Hunc locum minus accurate ad alterum modo laudatum relatum esse a *Meursio*, contendit *Platner*, p. 206. Habet tamen pro parte saltem uterque locus eandem rem sibi subjectam, quamquam de ea in utroque diverso consilio agitur. Quod autem ex posteriore loco, p. 205 efficere conatur *Platner*, id ex eo effici non posse puto. Verissime contra monere videtur V. Cl., in locis Lexicographorum allatis, quibus vocis *γαμηλία* explicatio continetur, e. g. his verbis: *ἡ εἰς τοὺς Φράτορας δεδομένη ἐγγραφὴ, καὶ εἰσαγωγὴ ἐπὶ γάμοις, ἣν ὠνόμαζον καὶ κουρεῦτιν· οἱ δὲ φασὶ γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημόταις, οἱ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφόμενοι καὶ μέλλοντες γαμεῖν*, phratrias cum curiis confundi. (1) Beitr. p. 228. (2) Cf. ibid. p. 104.

re, eoque ipso tamquam civem natam esse considerandam. Ut enim Harpocratione et Suida (1) testibus, in δημοῖς, cum sacra in honorem Bacchi θεοίνια dicta celebrarentur, sacrificia fecerunt gentiles, ita ex Platneri sententia quoque (2) verosimiliter sacrorum in δημοῖς agendorum curam γεννηταί maximam partem habebant, et hinc sine dubio etiam feminae, quae Thesmophoriis praeerant, electae ab ipsis mulieribus τῶν δημοτῶν ex gentibus eligebantur. Aeschines quoque feminarum sacerdotium facit mentionem in eo loco, quo de Eumolpidarum aliarumque gentium privilegio, sacra dirigendi loquitur (3). Cernuntur autem hac in re quodammodo reliquiae juris antiquioris, ex quo, teste Plutarcho, Eupatridarum hoc erat jus peculiare: γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν ἄρχοντας καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς (4). Quod autem omnium maxime sententiam nostram confirmat, est aliud exemplum sacrorum, quae in δημοῖς agebantur, ita ut eos, qui sacris praeessent, ipsi δήμοται eligerent, sive potius hi plures nominarent, ex quibus singuli sorte designarentur, neque alii ac nobiliorum quarundam gentium gentiles nominari possent. Hoc vero obtinuit in sacrificiis Herculi faciendis, et plura

---

(1) Cf. ibid. p. 81, quem locum *Platneri* jam supra attuli ad not. 2. p. 24. (2) eod. loco. (3) τὰς ἱερὰς καὶ τὰς ἱερείας. Cf. not. 2. p. 23. (4) Cf. *Platner*, Beiträge, p. 41. et 70. et laud. ibi *Plutarch*. in Thes.

de hac re notatu digna in oratione Demosthenis leguntur, ex qua nonnulla ad phratriarum et gentium necessitudinem explicandam jam supra attulimus (1), et simul patet, hoc quoque momento usos esse Oratores in iis causis, in quibus probandum erat aliquem esse civem natum. Verba autem Demosthenis ipsa haec sunt (2): *ἐξ ἀμφοτέρων ἀστὸν ὄντα με κεκληρονομηκότα καὶ τῆς οὐσίας καὶ τοῦ γένους, εἶναι πολίτην. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ προσήκοντα πάντα ἐπιδείξω, μάρτυρας παρεχόμενος, ὡς εἰσήχθην εἰς τοὺς Φράτορας· ὡς ἐνεγράφην εἰς τοὺς δημότας· ὡς ὑπ' αὐτῶν τούτων προεκρίθην ἐν τοῖς εὐγενεστάτοις κληροῦσθαι τῆς ἱερωσύνης τῷ Ἡρακλεῖ· ὡς ἦρχον ἀρχὰς δοκιμασθείς. καί μοι κάλει αὐτούς.* Item paulo inferius (3) haec leguntur: *τὸ δὲ τελευταῖον προκρίναντες ἐμὲ, ἐψηφίσαντο ἐν τοῖς εὐγενεστάτοις κληροῦσθαι τῆς ἱερωσύνης τῷ Ἡρακλεῖ.* In haec etiam quadrare videntur ea, quae in alia Demosthenis oratione (4), in qua itidem civitatis et peregrinitatis causa vertitur, legis de civitate Plataeensium latae verba afferuntur: *ψήφισμα... Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους.... καὶ μετεῖναι αὐτοῖς.... πάντων τῶν ἱερῶν καὶ ὁσίων πλὴν εἴ τις ἱερωσύνη, ἢ τελετή ἐστιν ἐκ γένους, μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρ-*

---

(1) in nota 1, p. 25. (2) pro Eubul. p. 1313. *Reiskii.* (3) p. 1318. Cf. *Platner*, p. 74. sqq. 82. sqq. 105, 152, quibus tamen plura addi possent. (4) Adv. Neaeram. p. 1380, *Reiskii*, Cf. supra not. 3, p. 25.

χόντων, κ. τ. λ. »Paulo ante etiam in eadem materia hac de lege haec habentur:" (1) ὅσους γὰρ ἂν ὁ δῆμος ποιήσηται ὁ Ἀθηναίων πολίτας, ὁ νόμος ἀπαγορεύει διαῤῥήδην, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, μηδὲ ἱερωσύνης μηδεμιᾶς μετασχεῖν. τοῖς δ' ἐκ τούτων μετέδωκεν ἤδη ὁ δῆμος ἁπάντων, καὶ προσέθηκεν, ἐὰν ὦσιν ἐκ γυναικὸς ἀστῆς, καὶ ἐγγυητῆς κατὰ τὸν νόμον. Cum his denique conjungenda sunt ea, quae Platnerus (2), hac in re Petiti sententiam comprobans, dicit de sacris quibusdam gentibus omnibus communibus, quibus gentiles Atheniensium originem et civitatem probare solebant. Haec autem sunt ejus verba: »Petitus, p. 322, bemerkt sehr richtig, ein Athenienser habe sich als solchen durch den Gottesdienst des Ζεὺς ἑρκεῖος erwiesen, und es ist wohl unbedenklich anzunehmen, dass alle Genneten denselben verehrten, denn sie begläubigten dadurch ihre Attische Abkunft und ihre bürgerliche Verwandtschaft in dem Atheniensischen Staate, welche durch ihre Vorfahren seit der Zeit begründet worden war, dass überhaupt Geschlechter bestanden."

Proprie igitur aliquis eo, quod probavit, se ad haec sacra celebranda admitti, suam gentilitatem probasse videbatur: cum autem qui ad gentem aliquam pertinebat, certe etiam civis adeoque civis natus esse intelligeretur, sine dubio etiam factum illud, sicut facta

(1) pag. 1376. (2) pag. 98.

similia superius jam relata, ad civitatem probandam inservire poterat, atque speciatim ad probandum, utrum γνήσιος quis an vero δημοποίητος esset, quod recte a Platnero eodem loco monitum est. Num vero idem etiam dici potest de sacris, quae Athenis habebat Ἀπόλλων πατρῷος? Vir Cl. loco laudato hujus rei respectu de Apolline non loquitur, sed hoc tantum addit: »Unrichtig ist die Bemerkung des Sigonius, L. IV, C. 3, zum mindesten für die spätere Zeit, dass Jedem, welcher sich zu einem öffentlichen Amte meldete, die Frage vorgelegt worden, ob er ein γεννήτης des Ἀπόλλων πατρῷος und des Ζεὺς ἕρκειος seij. Denn da nicht alle Bürger zu den Geschlechtern gehörten, so konnten auch nicht alle Genneten dieser Gottheiten seijn.”

Alio tamen loco (1) ille animadvertit, in inquisitione (2) instituenda si quis ad Archontis dignitatem aspiraret, praeter alia (3) etiam hoc fuisse quaerendum, num utrumque illum deum coleret: ex quibus efficit, gentilitatem requisitam fuisse, ut quis ad hunc honorem admitteretur (4). Tum accuratius inquirens in

---

(1) Beiträge, p. 84, sqq. (2) Ea ἀνάκρισις dicebatur. (3) Num is ab Atheniensibus descenderet ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας. Hoc erat peculiare genus *nobilitatis*. Simile quid etiam apud majores nostros obtinuit. Apud Francorum populum enim qualitas hominis *bene-franci Salii* per aliquod tempus a simili momento pependisse videtur. (4) Beiträge, p. 86: Die Fähigkeit zu dem Amte der Archonten

causas, cur specialim proponenda fuerit (1) quaestio de deorum illorum cultu, Vir. Cl. cum alia multa, tum etiam illud Demosthenis affert: τὸν Ἀπόλλω τὸν πύθιον, ὅς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει (2), atque obiter etiam de gentilibus loquitur, qui ab utroque deo nomen habebant. Operae vero pretium foret, accuratius examinare locum Demosthenis (3), in quo horum gentilium mentio fit his verbis: τίς ἦν σοι πατήρ; ἐμοὶ Θούκριτος. οἰκεῖοι τίνες εἶναι μαρτυροῦσιν αὐτῷ; πάνυ γε· πρῶτον μέν γε τέτταρες ἀνεψιοί· εἶτ' ἀνεψιαδοῦς· εἶθ' οἱ τὰς ἀνεψιὰς λαβόντες αὐτῶν· εἶτα Φράτορες· εἶτ' Ἀπόλλωνος πατρῴου, καὶ Διὸς ἑρκείου γεννηταί κ. τ. λ. Melius quoque quam adhuc factum est, ex hisce locis collatis cum aliis necessitudo, quae inter phratrias et gentes obtinuit, illustrari, iisdemque fortasse nonnullis aliis aliquid lucis afferri posset (4). Hoc tamen, utpote magis a proposito nos-

---

wurde demnach wohl nur den alten Bürgern zugesprochen, den *Genneten* die im Verhälltnisse zu den übrigen einen Art *Adel* bildeten, welcher aber mit den Eupatriden der früheren Zeit nicht verwechselt werden darf.... Die angegebenen Erklärungen machen es also erklärlich, wie und warum von Demosthenes die Gentilität als Erforderniss der Archontenwürde aufgestellt wird." (1) p. 88. sqq. imprimis p. 90. (2) Pro Corona, p. 274. (3) Advers. Eubulid. p. 1319. *Reiskii.* (4) Num fortasse nomen πατρῷος ipsum, et hinc etiam nomen πύθιος peculiari genti tributum erat? An fortasse exinde lectio loci supra laudati, in quo etiam mentio fit uxoris Διοκλέους τοῦ Πιτθέως ad regenda Thesmophoria electae, emendari posset? Vulgaris lectio est πίτεως, quam rejecit *Reiske* ad *Isaeum*, p. 208. Est etiam

tro alienum, mittemus: satis vero probasse mihi videor, jura quaedam, quae ex Iure sacrorum Attico feminis competebant, arctam cum jure gentilitio habuisse conjunctionem.

Prae ceteris autem nunc notandum, quod de feminarum in phratrias inductione in Iuris Attici reliquiis legitur. Jam plures a nobis supra allati sunt loci, ex

---

locus *Aeschinis*, p. 48. *Reiskii*, his verbis conceptus: περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων καὶ κηρύκων καὶ πρέσβεων καὶ ὁσίων. Hunc locum, quem laudat et illustrat Scholiastes *Aristophanis*, certe non recte interpretatur Schol. *Aeschinis*, p. 725, e. g. dicens: ὅσια καλεῖ τὰ δημόσια. An fortasse hic locus itidem melius ex supra dictis explicari posset? Cf. etiam verba ibi obvia: κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς cum verbis τὰς πατρῴους θυσίας ἐν Δελφοῖς apud *Demosthen.* p. 1481. Conferendus denique cum his est locus itidem jam laudatus *Aeschinis*, p. 406: τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας..... τὰς εὐχὰς ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐχομένους..... εὐμολπίδας καὶ κήρυκας καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, atque Tayloris annotatio de gente τῶν κηρύκων, quae secundum inscriptiones usque ad aetatem Commodi Imperatoris floruit. Secundum *Dionysium Halicarn.* I, 67, Graeci Penates θεοὺς κτησίους, γενεθλίους, ἑρκίους, πατρῴους, μυχίους appellabant, cujus rei itidem aliqua cum gentibus conjunctio esse poterat. Cf. *Platner*, p. 94 et p. 80, sqq. Nec silentio praetereundum est, quod de Eumolpo et Celei filiabus sacerdotibus Cereris narratur apud *Pausaniam*, I, 28. Cf. etiam quae ad vocem εὐμολπίδας loco laud. *Aeschinis* ex *Euripidis* Glossematario, in *Reiskii* edit. p. 406. de Eumolpo notata leguntur: διὸ καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἄρχοντες ἐγένοντο ἱεροῖσιν Εὐμολπίδαι Ἀθήνῃσιν: tandem quae ex Scholiis ad *Platonem* allata sunt a *Platnero* p. 102: θεοὶ Φράτριοι, e. g. Ζεὺς Φράτριος.

quibus manifesto patet, hanc inductionem sive inscriptionem solenni sacrorum ritu (1) secundum peculiares singularum phratriarum leges (2) locum habuisse, non solum cum quis uxorem duxerat, verum etiam cum ipsi filiae natae erant ex justis nuptiis procreatae, sicut natis filiis legitimis, atque in adoptionibus Iuris Attici.

Dubium est, quam conjunctionem in celebratione nuptiarum cum inductione in phratrias habuerint Θεσμοφόρια, nonnunquam simul cum illa apud Oratores nominata (3), quae sacra alias ἐν δήμοις agebantur. Fortasse haec res explicanda est ex necessitudine phratriarum cum gentibus, ex quibus, ut diximus, eligebantur saepius ii, qui sacris in δήμοις celebrandis praeessent, adeoque feminae. Ceterum feminas etiam inter γεννητάς solenni ritu esse relatas, verosimillimum

(1) Ritum hunc indicat id quod dicebatur γαμηλία τοῖς φράτορσιν εἰσενεγκεῖν, qua de re tamen discrepantes inter se notitiae nobis proditae sunt. Cf. *Platner*, p. 147, 152. sqq. 205, et imprimis *Isaeus*, de hered. Ciron. p. 207 et 208, et de hered. Pyrrh. p. 66. (2) Κατὰ τοὺς ἐκείνων νόμους apud *Isaeum* p. 207, ad quem locum *Reiskius* notavit: » unde colligitur, non omnibus phratriis eosdem ritus fuisse nuptiarum celebrandarum, sed cuique proprios." (3) Utroque looo *Isaei* supra laud. Nec multum lucis huic rei afferre poterat *Platner*, p. 205. In adoptatorum inscriptione θαργήλια nominantur, velut alio *Isaei* loco itidem jam allegato, de Apollod. hered. p. 168, atque in inscriptione recens natorum tam puerorum quam puellarum ἀπατούρια. Cf. hac de re *Platner*, p. 143, 149. sqq. p. 228.

mihi videtur (1). Feminas autem unquam solenni ritu

---

(1) Hoc quidem in locis *Isaei* pro inscriptione feminarum in phratrias notatu dignissimis diserte non dicitur, alio tamen ex loco, *Demosth.* adv. Neaer. p. 1363, ubi de testimoniis τῶν Φρατόρων καὶ γεννητῶν sermo est, ὡς ἔστι ξένη Νέαιρα αὕτη, aliquomodo effici potest. De adoptatorum inscriptione in gentes imprimis cf. *Isaeus* de hered. Apollod. l. l., et praeter verba hujus loci supra jam relata, conferenda sunt etiam ea, quae illa proxime sequuntur. Expositis iis, quae a patre facienda sunt, adduntur haec: ποιήσαντος δὲ τοῦ εἰσάγοντος ταῦτα, μηδέν ἧττον διαψηφίζεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους· κἂν δόξῃ, τότ' εἰς κοινὸν γραμματεῖον ἐγγράφειν, πρότερον δὲ μή. τοιαύτας ἀκριβείας ἔχει τὰ δίκαια τὰ παρ' αὐτοῖς. τοῦ νόμου δὲ οὕτως ἔχοντος, καὶ τῶν Φρατόρων καὶ τῶν γεννητῶν ἐκείνῳ οὐκ ἀπιστούντων, ἐμέ τε οὐκ ἀγνοούντων, ὅτι ἦν ἐξ ἀδελφῆς αὐτῷ γεγονώς, ἐγγράφουσί με εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ψηφισάμενοι πάντες, ἐπιθέντος ἐκείνου τὴν πίστιν καθ' ἱερῶν. καὶ οὕτω μὲν ὑπὸ ζῶντος ἐποιήθην, καὶ εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἐνεγράφην, Θράσυλλος Ἀπολλοδώρου· ποιησαμένου με ἐκείνου τοῦτον τὸν τρόπον, τῶν νόμων αὐτῷ δεδωκότων. p. 170. Cf. etiam p. 160: εἴ τις αὐτὸς ζῶν καὶ εὖ Φρονῶν ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἀγαγὼν, εἰς τοὺς συγγενεῖς ἀπέδειξε καὶ εἰς τὰ κοινὰ γραμματεῖα ἐνέγραψεν. Hoc loco voce συγγενεῖς designari γεννήτας, putat *Platner*, p. 79: quod si verum est, etiam appellatio κοινὸν γραμματεῖον, quod idem Φρατορικὸν dicitur apud *Demosthenem* adv. Leochar. p. 1092, ut itidem animadvertit *Platner*, p. 155, facile explicari potest. Ita enim libri phratriarum appellari videntur oppositi libris peculiaribus, quos singulae gentes habere poterant. Patet hoc quammaxime ex *Demosth.* adv. Neaer. p. 1365, ubi dicitur de inscriptione a gente τῶν βρυτιαδῶν in peculiari casu negata, quae res controversiae judiciariae causam praebuit. Non vero magis assentiendum est Platnero, dicenti p. 73,

inter δημότας esse receptas, nullo testimonio constat; quamquam in uno loco de nuptiis in δήμοις celebratis sermo esse videatur (1). Hoc ipsum enim, ut parum certum, ita, quemadmodum indicavimus, ex alia causa repetendum est, si veritate nititur. In ipso diligentissimo examine quod Platnerus instituit, de curiarum institutione et indole, ne levissimum quidem vestigium reperitur, ex quo talis feminarum pateat receptio (2).

---

hanc rem fuisse illi genti omnino peculiarem, quam asserenti, p. 78, nullum fuisse gentes inter et phratrias politicum nexum. Pag. 105, ille *Demosthenis* verba adv. Macart. p. 1054: οἱ Φράτορες ἄριστα εἰδότες περὶ τοῦ γενοῦς, de cognationibus intelligere videtur, Cf. tamen *Platner*, p. 67 circa vocem γένος, et *Aeschines*, loco supra laud. p. 406. *Reisk.*, ubi verba: κοινῇ κατὰ γένη. (1) Cf. nota 3, p. 37, et laud. ibi *Isaeus*, p. 66, atque *Platner*, p. 205. (2) Beiträge, p. 156-233. Cf. imprimis de libris curiarum publicis, de fundis earum communibus, p. 172, 210, et ea quae p. 169 leguntur: »Wo der Vermögenszustand der Bürger in Betrachtung und Untersuchung kam, konnte der Staat von den Flur-und Gemeindebüchern der Demen, in denen die Besitzungen der einzelnen Mitglieder verzeichnet wurden, vortheilhaften Gebrauch machen.'' Cujus rei ratione habita, etiam feminarum nomina in libris curiarum scripta esse poterant. Sed notum est, masculos adeo hoc modo in libros diversarum curiarum referri potuisse, sed tamquam δημότας eos nonnisi in libro unius curiae inscriptos et nonnisi unius δήμου sodales esse potuisse. Cf. p. 210, 170. Apud *Isaeum*, p. 66, dicitur quid fieri debuisset circa feminam quandam considerandam tamquam γνησίαν atque ἐν τῷ δήμῳ κεκτημένην τὸν τριτάλαντον οἶκον. Illius rei ratione Φράτορες, hujus rei causa δημόται adeundi, sive potius γυναῖκες δημοτῶν epulis excipienda erant, qua opportunitate

Quae, cur locum non habuerit, facile explicari potest, cum, ut modo accuratius indicabitur, feminae non essent participes eorum jurium, quorum exercitio ab eo pendebat, quod quis in curiarum tabulas esset relatus. Feminis igitur Iure Attico eorum jurium communio erat, quae cum inductione in *Phratrias* aliquam habebant rerum conjunctionem, ab iis autem illae quammaxime arcebantur, quae ab ipsa receptione in *Curias* pendebant. Hujus itaque rei investigatio quamplurimum faciet ad civilem conditionem feminarum Atheniensium melius intelligendam. Ut autem jam praevia indicatione universe cognitam habeamus naturam eorum jurium, quae feminis vel concessa erant vel denegata, audiamus iterum Platnerum, Iuris Attici peritissimum, qui hac de re ita loquitur: »Die Einführung in die *Phratrien* ertheilte das Recht der *Verwandtschaft*, und wo es daher die Erhältung dieser galt, musste man jene documentiren; die Aufnahme in den *Demus* dagegen vermittelte den Eintritt in die bürgerlichen Gerechtsame und Pflichten, so dass man nunmehr als ein *selbstständiger* Mensch an den Vortheilen und Lasten des *Staats* Antheil nahm, und

---

θεσμοφόρια memorantur. Quod autem notavit *Reiskius*, verba ἐν τῷ δήμῳ perperam illuc translata esse e vera eorum sede, eamque post vocem λειτουργεῖν quaerendam esse, minus probandum esse videtur. Hinc neque *Platnero* assentiendum puto, hunc locum explicanti p. 205. Cf. supra not. 3, p. 37.

ein *volgiilltiges-Mitglied desselben* betrachtet wurde. Da jedoch Verwandtschaft und Aufnahme in die Phratrie die Voraussetzung enthielt, dass man der vollständigen Civität theilhaftig werden könne; so wurde diese auch aus jener Aufnahme erwiesen. Kinder, natürliche sowohl als adoptirte, und verheirathete Frauen haben nicht eher Kindes und Frauen-Rechte, als bis sie von den Phratrien anerkannt sind. Wo daher die Redner die Gesetzlichkeit einer Ehe, der Geburt oder einer Adoption und die damit zusammenhängenden Erbrechte darthun wollen, da fangen sie den Beweis mit der Einschreibung in die Phratrie an." (1)

Ex his patet, Athenienses, arcentes feminas a jurium, quibus δημόται tantum frui poterant communitate, contra iis jura, quae ab inductione in Φρατρίας repetebantur, concedentes, fere juris publici et privati differentiam respexisse. Hoc tamen non erat perpetuum: sunt saltem nonnulla jura civilia, quae ex nostris notionibus privati magis quam publici juris esse intelliguntur, quaeque apud Athenienses, exclusis feminis, is tantum exercere poterat, qui in curiarum tabulas erat relatus (2). Contra apud eos nonnulla ju-

(1) Beiträge, p. 104. (2) Hae tabulae curiarum, probe a Φρατορικοῖς γραμματείοις, de quibus diximus nota 1, p. 38, nec non a fundorum sive agrorum indicibus, de quibus in nota 2, p. 39, sermo erat, distinguendae, ut recte monet *Platner*, p. 210, coll. cum p. 169, dicebantur ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. De tabulis hisce ille p. 172 dicit: » Jeder De-

ra ab inscriptione in phratrias pendebant, veluti jura

mos hatte ein Gemeindebuch, ein Register über sämmtliche Mitglieder, worin man nach erlangter Volljährigkeit eingeschrieben wurde, und zwar durch Vermittlung des Vaters, wenn er noch lebte. Nach dem Tode desselben bewerkstelligte man die Einschreibung in Person.'' Pag. 209 dicitur: » Die Einschreibung in dieses Gemeindebuch und die Aufnahme in den Demus finden wir überall als gleichbedeutend gebraucht.'' Pag. 209 et 221 sqq. contenditur in hunc indicem alia multa, imprimis etiam patrimonia omnium relata fuisse, argumento inscriptionis apud *Böckh*, Vol. II, p. 207, sqq. Contra p. 210. refertur: » Ausser dem Gemeindebuch scheint der Demarch noch ein besondrer Flurregister geführt zu haben,'' qua de re etiam p. 169. sermo est. Pag. 221. nomen ληξιαρχικὸν γραμματεῖον explicatur ex indice patrimoniorum, qui id simul continuisse censetur: p. 188 vero id explicatur ex eo, quod juvenis in curiarum tabulas relatus paternam hereditatem, quae λῆξις dicebatur, obtinuit. Ibidem etiam notatur, apud *Demosthen.* pro Eubul. p. 1317, has tabulas κοινὸν γραμματεῖον appellari, contra p. 172 ex aliis *Demosthenis* locis dicitur, κοινὸν γραμματεῖον atque ληξιαρχικὸν γραμματεῖον sibi opponi, illoque Φρατορικὸν γραμματεῖον designari. Verius autem dici posse videtur, et in phratriis et in curiis aliquem indicem, ab aliis diversum, appellatum fuisse κοινὸν γραμματεῖον. Cf. etiam *Isaeus* de hered. Apollod. p. 160, et quae de hoc loco in interpretatione Latina dicuntur, p. 449. — Ratione curiarum praeterea mentio fit aliarum tabularum, quae πίναξ ἐκκλησιαστικός dicebantur. De his cf. p. 208, sqq. et *Demosthen.* contra Leoch. p. 1090, sqq. adv. Macartat. p. 1055. Cf. praeterea argumentum orationis adv. Eubulid. p. 1298, et *Aeschines*, p. 43. Cf. etiam der Attische Process, p. 561, *Schlosser*, l. l. p. 81 et *Platner*, p. 105, 132, 146, 155, 183, sqq. 201, sqq. Pag. 189: » Wie die Erlangung des Bürgerrechts durch die Demen vermittelt wurde, so war ihnen insbesondre die Sorge über-

quaedam circa sacra, nonnullarum certe gentium feminis quoque quodammodo concessa, quae publici potius juris erant, saltem apud Romanos, apud quos Ius publicum pro parte in sacris et sacerdotibus consistere dicebatur (1).

Memorabile exemplum exceptionis priori loco indicatae suppeditat διαμαρτυρία Iuris Attici, quae verosimiliter concessa non erat nisi iis, qui et in Φρατορικὸν γραμματεῖον et in ληξιαρχικὸν γραμματεῖον relati erant (2).

---

tragen, jede unrechtmässige Anmassung zu verhindern." Pag. 204 denique a Viro Cl. animadvertitur, inscriptionem adoptatorum in curiarum tabulas, alio consilio factam esse, quam inscriptionem ordinariam adultorum. Nec omittendum est, quod ad *Aeschinem*, p. 44. *Reiskii* ad vocem ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, ex Schol. affert *Taylor:* τὴν ἐφημερίδα λέγει τὴν δημοσίαν, εἰς ἣν ἐνεγράφοντο οἱ τελεσθέντες τῶν παίδων, οἷς ἐξῆ ἤδη τὰ πατρῷα οἰκονομεῖν, καὶ τῶν λήξεων ἄρχειν. Ibidem etiam laud. *Pollux* VIII, § 104, ubi dicitur: ἡ δὲ πατρῴα οὐσία λῆξις ἐκαλεῖτο. Scholiastes autem fortasse accuratius dixisset ἐφημερίδα δημοτικήν. (1) L. 1. D. *de Justit. et Jure.* (2) *Platner*, Beiträge, p. 173. Ibi ex loco *Demosthen.* adv. Leochar. p. 1091-1093, qui ipsi melius a *Petito* quam a *Reiskio* explicatus esse videtur, et ex loco *Demosthenis* adv. Boeot. p. 996. 1000, 1018, probare conatur auctor, inscriptionem in phratrias praecedere debuisse, inscriptionem in curias vero sequi; et consideratis iis, quae in oratione adv. Leochar. de Leostrato narrantur, addit: »Aus diesem scheint hervorzugehen, dass ein erwachsener Sohn nur dann eine διαμαρτυρία, eine Protestation gegen sonstige Erbansprüche einlegen konnte, wenn er in die Phratoren und Demoten eingeschrieben war. Der Grund davon liegt in der Natur die-

Causam tamen hujus rei, quam Platnerus affert, minus justam esse credo, eamque potius inde repetendam puto, quod juvenis Atheniensis non prius tamquam κύριος τῆς οὐσίας considerabatur (1), quam in ληξιαρχικὸν γραμματεῖον relatus solenni quodam ritu (2),

---

ses ausserordentlichen Rechtsmittels, welches probationes in continenti liquidas erforderte, und gewöhnlich durch Zeugenbeweis geltend gemacht wurde. In dem gegebenen Falle waren diese in dem Gemeindebuch der Phratoren und Demoten enthalten." (1) Cf. *Platner*, p. 188: »Der Eingeschriebene trat aus dem engen Familienkreise und der Obhut derer heraus, welche seine unvollkommene Persönlichkeit vervollständigten. Der Jüngling trat in die Schranken des politischen Gemeinwesens, woran die Folgerung geknüpft war, dass bei ihm die volle Zurechnung seiner Thaten eintreten müsse. *Aeschines* adv. Timarch p. 43. Als selbstständiger Bürger, als sein eigner Herr, κύριος τῆς οὐσίας, übernahm der Eingeschriebene das väterliche Vermögen, λῆξις. *Aeschines* ibid. p. 122 etc." Pag. 172, sqq. plura afferuntur de ratione, qua Athenienses fiebant ἔφηβοι atque de publicis muneribus, quae ii tamquam περίπολοι gerebant. (2) Cf. hac de re *Platner*, p. 186, 187: »Die Aufnahme der Erwachsenen in die Bürger scheint eine *öffentliche und gemeinsame* gewesen zu seijn, wie *Böckh* richtig bemerkt hat, indem dieselbe mit den Epheben in ihrer Gesammtheit veranstaltet wurde. Der Aufnahme und Einschreibung in die Lexiarchisten Register ging eine δοκιμασία in den Demen voraus, worauf die Demen abstimmten, und einen Eid καθ' ἱερῶν ablegten.... Die Einschreibung in die Demen scheint in Hinsicht der neu Aufzunehmenden einfach und *nicht so religiös feierlich* gewesen zu seijn, als die Einführung in die Phratrien." De ratione, qua in Phratriis suffragia ferebantur, ubi de alicujus inscriptione in κοινὸν γραμματεῖον agebatur, Cf. p. 145 et 146.

aliorum quoque, quae inde pendebant, particeps factus erat.

Principium illud, unde proficiscendum esse supra diximus, ad civilem conditionem feminarum Atheniensium rite intelligendam, egregie, ni fallor, confirmatur iis, quae de facultate testimonii dicendi in judiciis Jure Attico constituta fuisse videntur. Quod enim jamdudum monuerat Schömannus (1), ad testimonia dicenda feminas non fuisse admissas, id nuper denuo asseruit Hermannus, neque eum ab hac sententia deflectere potuit auctoritas Platonis, quamquam ille sibi persuasum habuit, hunc philosophum » in legibus condendis non vana ingenii somnia secutum esse, sed patria semper instituta ante oculos habuisse, unde, licet in singulis, quae perniciosa esse intelligeret, discedere non dubitaret, tamen ubi ratione non carerent, consentaneum erat, eum haec potius quae usu et diuturna consuetudine commendarentur asciscere, quam suum ipsius judicium in novis fingendis temere experiri.” (2)

(1) Der Attische Process, p. 667: » Von Zeugnissen der Weiber, obgleich die Platonischen Gesetze sie bei einem Alter über vierzig Jahre erlauben, findet sich in unseren Quellen so gar keine Spur, dass wir uns vollkommen berechtigt halten, zu behaupten, sie seien nicht zulässig gewesen, wenn wir gleich diese Behauptung mit keiner ausdrücklichen Beweisstelle belegen können.” (2) De vestigiis institutor. Veter. p. 22, § II. Ex eadem causa etiam *Pla-*

In loco de testimoniis ex Platone illustrando Hermannus igitur censet, eum hic quoque jus patrium secutum esse, atque hoc cum insignem rerum verborumque similitudinem, tum eas partes ostendere, quas magistratibus in causis cognoscendis colligendisque probandi instrumentis tribuit. Nihilo tamen minus hoc Schömanno assentitur, » quod mulieribus quoque, quae quadragesimum aetatis annum excesserint, testimonii dicendi facultatem concedat Philosophus, Atticis moribus non magis convenire, quam quod iisdem magistratus quoque gerendos permittit." (1)

A testimonio dicendo ceteroquin jure Attico ipsi peregrini exclusi non erant, neque solum ii admittebantur, qui ἰσοτελεῖς atque ii, qui μέτοικοι vocabantur, verum etiam alii, qui proprie ξένοι dicebantur, quamquam fere nulli eorum sine exceptione hoc privilegio fruebantur (2). Peregrinis praeterea, quod fe-

---

to, quem virum summae prudentiae et auctoritatis apud Graecos vocat Callistratus in L. 2. D. *de nundinis*, tantum valet apud Scholae historicae principem *Hugonem*. Cf. Naturrecht, § 14, ubi praeter locum illum Callistrati alia quoque in laudem Philosophi testimonia Eruditorum afferuntur. (1) De Vestigiis institut. Veter. p. 68, ubi laud. *Plato* de Legg. XI, p. 937, VI, p. 785. Cf. Ejusdem Iuris domestici et famil. apud Platon. cum vet. Gr. instit. comparatio, p. 8. sqq. ubi laud. *Plato* de Legg. VII, p. 794. VI, p. 774. XII, p. 937. (2) Der Attisch. Process. p. 667, 668 et laud. ibi *Demosth.* adv. Lacrit. p. 927. lin. 13. 21. p. 929. lin. 18. p. 930. lin. 19. p. 937. lin. 9, ubi scilicet

minis proprio Marte nunquam licuit, sed tantum nomine earum ab ipsarum κυρίοις neque in omnibus causis fieri poterat (1), accusare et postulare in judiciis concessum erat, quamquam non promiscue, et ita tantum, ut hi, qui μέτοικοι dicebantur, nonnunquam indigerent auxilio ejus, qui προστάτης eorum appellabatur (2). Ceterum, ut feminis ademta erat facultas agendi, ita contra plures actiones nec adversus feminas institui poterant, eae scilicet, quae magis cum rei publicae administratione cohaerebant (3). Quod etiam

ad nomina testium adjecta leguntur verba βοιώτιος, ἁλικαρνασσεύς, ἰσοτελής. Cff. *Gans*, Erbrecht in welthistorischer Entwicklung, Berlin 1824, Vol. I, p. 295, ubi tamen minus accurate dictum videtur: »Proxenen und Isotelen." *Schömann*, de comitiis p. 80, sqq. ubi μέτοικοι et ἰσοτελεῖς non satis distingui videntur. *Petitus* Legg. Att. in Iurispr. Rom. et Att. p. 10. 246. et laud. ibi *Aristoteles*. (1) Der Attisch. Process. p. 556. *Demosthen.* p. 1362. *Isaeus*, p. 15, 35, 44. Quaedam genera actionum, tam *publicarum* quam *privatarum* ne a tutore quidem feminarum nomine institui poterant. Cf. der Attisch. Process. p. 556, ubi exempla laudantur, et haec adduntur: »Beide können zwar dem Gesetze nach von jedem Bürger erhoben werden, aber nur in sofern er ein actives Mitglied der Staatsgesellschaft ist, und natürlich also nur in eignem Namen." (2) Der Attisch. Process, p. 561 et laud. ibi *Böckh*. Staatsh. der Ath. II, 78. Etiam hac in re actionum *publicarum* et *privatarum* diversitas respiciebatur. (3) Der Att. Proc. p. 571: Dass Klagen, die sich auf Verbrechen in staatsbürgerlicher Wirksamheit beziehen, bei Weibern und Minderjährigen so wie bei Fremden nicht vorkommen können, braucht wohl nicht erinnert zu werden. Alle andern so-

sua sponte intelligitur: feminas vero in actionum jure alias ipsis peregrinis postpositas fuisse, unice ex illo discrimine explicari potest, quod inter curias et phratrias, uti dictum est, obtinuit.

Ius agendi, quod masculis competebat, exerceri coepit ab ea inde aetate, qua tamquam adulti in curiarum tabulas relati sui juris esse coeperunt (1). Feminae, quae in has tabulas nunquam referebantur, quod ipsa formula sacramenti ab iis, qui adhibebantur, praestandi docet (2), illo jure in perpetuum ca-

---

wohl öffentlichen als Privatklagen können gegen sie so gut wie gegen andre erhoben werden, und es sind mehrere Beispiele der Art vorhanden, γραφὴ ξενίας gegen Neära, ἀσεβείας gegen Aspasia, u. s. w." Cf. p. 572. de tutoris hoc in casu auctoritate et officio. (1) Der Attisch. Process, p. 556 et 562. (2) Cf. *Lycurgus* adv. Leocrat. p. 189. *Reiskii*: ὑμῖν γάρ ἐστιν ὅρκος, ὃν ὀμνύουσι πάντες οἱ πολῖται, ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσιν, καὶ ἔφηβοι γένωνται, μήτε ἱερὰ ὅπλα καταισχύνειν, μήτε τὴν τάξιν λείψειν, ἀμύνειν δὲ τῇ πατρίδι, καὶ ἀμείνω παραδώσειν...... Plenioribus verbis occurrit formula apud *J. Stobaeum*: Serm. XLI, et inter ea notatu digna etiam haec leguntur: ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν καὶ ὑπὲρ ὁσίων, καὶ μόνος καὶ μετὰ πολλῶν. Cf. pag. 190. nota *Tayloris*. His autem verbis etiam alludit orator ead. pag. Ceterum *Lycurgus* hic etiam erat ex gente illustrissima, quae sacerdotii munere et religiosa quadam praerogativa censebatur, atque jus istud a majoribus traditum, solenne istud familiae ministerium consecuta, peculiarem quandam generis nobilitatem habere videbatur, ut pro parte Livianis verbis ait *Taylor*, in Praefat. ad *Lycurgum*, p. 105, *Reiskii*. Ex hac gente orator noster Ἐτεοβουτάδης dictus est. Cf. quae supra

rebant, sicut et aliis, quae per talem inscriptionem cum susceptis virilibus muneribus quasi acquisita censebantur (1). Peregrinos autem quodammodo id jus exercere potuisse, alienum non videbitur ei, qui animadverterit, peregrinos saepius etiam ad alia jura politica exercenda fuisse admissos, adeoque in tribus et curias relatos nonnunquam omnibus iis uti potuisse, quae ab hac inscriptione pendebant, non item vero in phratrias et gentes receptos ab iis juribus et privilegiis, quae hujus necessitudinis communio praebebat, exclusos, hujus rei ratione habita in deteriori conditione quam feminas Athenienses fuisse.

Neque hoc tantum de iis dicendum est, qui *ἄνθρωποι παρέγγραπτοι γεγεννημένοι πολῖται* (2) dicuntur ab Aeschine, verum etiam de iis, qui jussu populi publice

---

p. 35, nota 4, ad vocem τοῦ Πιτθέως notavimus. (1) Cf. etiam *Aeschines*, p. 44: *ἐπειδὰν δ' ἐγγραφῇ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, καὶ τοὺς νόμους γνῷ καὶ εἰδῇ τοὺς τῆς πόλεως, καὶ ἤδη δύνηται διαλογίζεσθαι τὰ καλὰ καὶ τὰ μὴ κ. τ. λ.* Notatu quoque digna sunt ibidem verba haec: *ἄν τις Ἀθηναίων ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι· ὅτι, οἶμαι, στεφανηφορὸς ἡ ἀρχή· μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι.* Ea quidem huc non pertinent, habent tamen aliquam conjunctionem cum alio argumeuto, de quo pro parte jam supra diximus, et paucis praeterea paulo inferius est tractandum. (2) Cf. *Aeschines* de Legat. p. 339 et notata ad h. l. a *Reiskio:* tum *Platner*, Beiträge, p. 188 sqq. imprimis p. 195.

et legitime πολῖται facti tamquam δημοποίητοι (1) utique ab iis distinguebantur qui γνήσιοι appellabantur neque ad gentes neque ad phratrias pertinebant, neque privilegiorum his concessorum erant participes. Notissima sunt legis verba (2), quae pro parte jam supra retulimus: Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους.... καὶ μετεῖναι αὐτοῖς.... πάντων, καὶ ἱερῶν, καὶ ὁσίων· πλὴν εἴ τις ἱερωσύνη, ἢ τελετή ἐστιν ἐκ γένους, μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων (3)· τοῖς δ' ἐκ τούτων. κατανεῖμαι δὲ τοὺς Πλαταιέας εἰς τοὺς δήμους, καὶ τὰς Φυλάς. ἐπειδὰν δὲ νεμηθῶσι, μὴ ἐξέστω ἔτι Ἀθηναίῳ μηδενὶ γίγνεσθαι Πλαταιέων, μὴ εὑρομένῳ παρὰ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων. Hujus légis lator concessit etiam Plataeensibus sacrorum communionem, sine dubio eorum maxime, qui in δήμοις fieri solebant, quibus tamen ipsis praesse illi non poterant, cum hoc privilegium esset quarundam gentium, in quarum communitatem civitate donati non veniebant; quod etiam disertis verbis

(1) Cf. *Harpocration*, v. ἕρκειος Ζεύς. *Plutarch.* Solon. 24. *Suidas*, δημοποίητος. Cf. *Platner*, p. 96. sqq. imprimis p. 98, tum p. 131. Cf. *Demosthenes*, p. 1390: τοὺς μὲν εἰς τὰς ἐπήλυδας ἐλθόντας πόλεις, καὶ τούτων πολίτας προσαγορευομένους, ὁμοίους εἶναι τοῖς εἰσποιητοῖς τῶν παίδων· τούτους δὲ γνησίους γόνῳ τῆς πατρίδος πολίτας εἶναι. (2) *Demosthen.* adv. Neaer. p. 1380. Cf. p. 1376: ὅσους γὰρ ἂν ὁ δῆμος κ. τ. λ., quem locum itidem jam supra allegavimus, et *Platner*, Beitr. p. 128. (3) Quae hic quasi in notam peregrinitatis excipiuntur, ea, ut supra vidimus, in notam infamiae adimi potuerunt nonnunquam civibus natis. Cf. pag. 55.

ἱερωσύνη ἐκ γένους indicatur. Verbis autem τελετὴ ἐκ γένους significari videtur sacrorum gentilitiorum communio universe, a qua qui exclusi erant, hoc ipso etiam a phratriis exclusi fuisse videntur, cum in eas solenni sacrorum ritu cum jure gentilitio cohaerente aditus unice pateret (1). Quare etiam, ut verissime monuit Platnerus, non magis quam νόθοι, quos itidem Jus Atticum quasi ξένους esse voluit, vel μέτοικοι in phratrias recipiebantur δημοποίητοι, neque propriis iis data civi-

(1) Pag. 97 et 98, *Platner*, de sacris Διὸς ἑρκείου loquens dicit: »Ein Fremder war daher nothwendig von diesem Dienste ausgeschlossen, und es fragt sich in wiefern ein δημοποίητος daran Antheil haben konnte. Eine eigentliche Verwandtschaft in den Attischen Staate kann ihm nicht beigelegt werden, denn wenn er auch zur Zeit der erlangten Civität Familie hatte, so war doch diese wegen ihrer gleichzeitigen Aufnahme eben so neu im Bürgerrechte wie er selbst. Seine Verwandten waren also blos natürliche, *cognati* würden die Römer sagen, nicht bürgerliche, nicht *agnati*..... Mithin musste vermuthlich eine Verheirathung mit einer gebornen Athenienserin oder eine Adoption hinzukommen, um den δημοποίητος zur Verehrung des Ζεὺς ἕρκειος fähig zu machen..... Nach dem klaren Zeugniss des Demosthenes gegen die Neära waren nicht der δημοποίητος selbst, sondern seine mit einer gebornen und gehörig verlobten Athenienserin gezeugten Kinder vollgültige Bürger. Aus Harpocration, v. ἕρκειος Ζεὺς ersieht man, dass bei der Frage, ob Jemand δημοποίητος oder γνήσιος seij, der Gottesdienst des Ζεὺς ἕρκειος zur Sprache gebracht wurde." Non omnia in his aeque vera esse videntur, neque satis Vir. Cl. rationem habuit ejus necessitudinis, quae, ut supra dixi, hujus dei cultum inter atque jus gentilitium obtinuisse videtur. Cf. ibidem. p. 128.

tate data quoque peculiaris et quasi civilis Juris Attici cognatio videbatur, quamquam iis connubium erat cum civibus natis, unde liberi eorum ex justis nuptiis procreati in phratrias recipi poterant, quod ratione ipsorum adoptione fieri potuisse videtur (1). Aliquomodo igitur eorum adeo, qui ipsa populi auctoritate cives facti erant, conditio talis erat, ut plena jura civilia obtinere nonnisi per feminas possent, quamquam in singulis rebus, quae magis ab eorum receptione in tribus sive φυλάς, et curias sive δήμους pendebant, ii feminis erant in jure potiores.

Nec hoc loco silentio praetermittendum est, agendi jus nonnunquam peregrinis imprimis foederatarum civitatum civibus concedendum fuisse, quia Athenienses nonnunquam his necessitatem imposuerunt, ad ipsas suas privatas controversias distrahendas Attica tribuna-

(1) Beträge, p. 101 sqq. imprimis p. 109 sqq. 111, 113, 114, 116, 118 sqq. 125 sqq. 128 sqq. 133 sqq. 135 sqq. 235 et 238. Cf. etiam allegata a nobis p. 38, not. 1, et dicta ab illo p. 104. Pag. 106 de ἐπιγαμίᾳ sive connubio quaedam dicuntur, p. 131 de εἰσποιητοῖς sive adoptatis, imprimis quatenus ii adoptione in phratrias recipi poterant, atque universe p. 133 sqq. 135 sqq. Ibi e. g. examinatur, quatenus ab aliqua phratria in alteram transferrentur. Qua de re etiam conferendus est *Demosthen.* adv. Leoch. p. 1090 sqq., ubi tamen praecipue curiarum fit mentio, et de translatione ab aliqua curia in alteram agitur, de qua etiam *Platner*, p. 204. loquitur. Cf. denique *Niebuhr* ed. 2da, Vol. II, p. 324, et *Gans*, Erbrecht, Vol. I, p. 315.

lia adeundi (1). Notatu denique dignum etiam hoc est, potuisse nonnunquam eos ipsos, qui populi jussu cives facti erant, iterum vi alicujus legis suffragiis sodalium in curiis τῇ ψήφῳ τῶν δημοτῶν ad conditionem eorum reduci, qui, μέτοικοι appellati (2), comparari poterant peregrinis in orbe Romano domicilium habentibus. Notissima est lex apud Demosthenem memorata, qua inquisitio erat imperata in omnes, qui civibus

(1) Der Att. Process. p. 562, et laud. ibi *Böckh* I, p. 434. Inde originem habebant δίκαι νησιωτικαί. Similia constituerant Romani: Cf. L. 7. D. *de captivis:* »Non dubito quin *foederati* et *liberi* nobis *externi* sint..... At fiunt apud nos *rei* ex civitatibus *foederatis* et *in eos damnatos animadvertimus.*" Hic locus etiam ad nostram historiam patriam illustrandam inservire potest: Batavi enim foederati per aliquod tempus populi Romani erant.
(2) Cf. *Petitus*, p. 10, 246, et laud. ibi *Aristoteles*, μετοίκους non esse πολίτας. Est tamen a *Platnero*, p. 107, monitum, Atheniensium nomine nonnunquam comprehensos fuisse cives externarum civitatum, quibus cum Atheniensibus connubium datum erat, quibus subjungit: » Zu den Fremden wurden in dieser Beziehung auch die μέτοικοι gezählt, welche in Absicht auf die Rechtsfähigkeit nicht allein hier, sondern auch in vielen andern Stücken mit jenen auf gleicher Stufe standen, und jenachdem man sie den Atheniensern oder den Ausländern gegenüberstellte, bald als ξένοι aufgeführt, bald mit ihrem eigenthümlichen Namen bezeichnet werden." *Platner*, p. 126 ex *Demosthene* pro Phorm. p. 946 et adv. Stephan. p. 1132, eorum hominum conditionem effici posse credit. Pag. 166. narrat, Clisthenem eos homines et peregrinos et servos in curias recepisse, sed rem non uberius explicat. Cf. etiam der Attisch. Process. p. 561, et *Petitus*, p. 204.

essent in curiarum indicibus adscripti, atque cautum, ut eorum, qui non a patre et matre civibus essent nati, nomina abolerentur inquisitione instituta (1). Quae lex, si ita, ut verba ejus relata habemus, ad exsecutionem fuisset perducta, etiam cives legitima auctoritate civitate donati cives esse desiissent. Poterat tamen et alia esse legis sententia (2).

Ceterum semper civitas genere acquisita quasi nobilior esse censebatur ea, quam populus ipse legitimo modo concessit (3). Saepius etiam in civium numerum et album curiarum homines peregrini et servilis conditionis furtim relati sunt, et illegitime (4): ipsa adeo

---

(1) In Eubulid. p. 1298 sqq. Legis dispositio ibidem in argumento orationis indicatur his verbis: *γράφεται νόμος παρ' Ἀθηναίοις, γενέσθαι ζήτησιν πάντων τῶν ἐγγεγραμμένων τοῖς ληξιαρχικοῖς γραμματείοις, εἴτε γνήσιοι πολῖταί εἰσιν, εἴτε μή· τοὺς δὲ μὴ γεγονότας ἐξ ἀστοῦ, καὶ ἐξ ἀστῆς, ἐξαλείφεσθαι· διαψηφίζεσθαι δὲ περὶ πάντων τοὺς δημότας, καὶ τοὺς μὲν ἀποψηφισθέντας καὶ ἐμμείναντας τῇ ψήφῳ τῶν δημοτῶν, ἐξαληλίφθαι, καὶ εἶναι μετοίκους. τοῖς δὲ βουλομένοις ἔφεσιν εἰς δικαστὰς δεδόσθαι, κἂν μὲν ἁλῶσι καὶ παρὰ τῷ δικαστηρίῳ, πεπράσθαι· ἐὰν δὲ ἀποφύγωσιν, εἶναι πολίτας.* Cf. *Platner*, p. 195 sqq. (2) Cf. *Platner*, p. 125: » Nicht die aufgenommenen Bürger, denn diese beriefen sich auf den Volksschluss der ihnen die Civität ertheilte, sondern die gebornen mussten die Grosältern nachweisen, um die Civität der Eltern darzuthun, wie wir aus der Rede gegen Eubulides ersehen." (3) Cf. *Demosthenes*, p. 1390, quem locum laudavimus supra p. 50, not. 1, et ejusdem orat. pro Phormione, p. 953: *ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς γένει πολίταις.* (4) Cf. *Aeschin.* p. 339. laud. supra p. 49, not. 2.

a legitima auctoritate facta civitatis concessio posteriori tempore minus secundum legum praecepta facta videri poterat (1): saepissime denique juste et legitime civitate donati peregrini poterant hoc dono se postea indignos (2) reddere, ita ut illud eadem auctoritate ite-

(1) Cf. *Demosthen.* adv. Neär. p. 1375 sqq: *πρῶτον μὲν γὰρ νόμος ἐστὶ τῷ δήμῳ κείμενος, μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην. κ. τ. λ.... ἔπειτα μετὰ ταῦτα παρανόμων γραφὴν ἐποίησε κατ' αὐτοῦ τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων. καὶ ἔστιν εἰσελθόντα εἰς τὸ δικαστήριον ἐξελέγξαι, ὡς οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς, ἀλλὰ παρὰ τοὺς νόμους Ἀθηναῖος γέγονε.* De hac *γραφῇ παρανόμων* et de *γραφῇ ξενίας* cf. etiam *Platner*, p. 190. Motae etiam sunt nonnunquam querelae de ipsius, ut videtur, populi nimia indulgentia in danda civitate. Cf. *Demosthenes* p. 173: *τὰς μὲν δὴ πολιτικὰς δωρεάς, οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς ἔνεμον, καὶ ὑμεῖς οὐκ ὀρθῶς· τὰς δὲ τῶν ξένων πῶς; ἐκεῖνοι Μένωνι τῷ Φαρσαλίῳ.... οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον.... νῦν δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φθόρους ἀνθρώπους οἰκότριβας.... ποιεῖσθε πολίτας.* Cf. hac de re *Platner*, p. 189, quo tamen loco hic minus sibi constare videtur, si eum locum conferimus cum eo, quod p. 110 de Clisthene narratum supra retulimus. Cf. etiam p. 132, relata ex *Isocrate*, tempore belli Peloponnesiaci *ληξιαρχικὰ γραμματεῖα* et adeo *Φρατρίας* (?) peregrinis fuisse repleta. — Cff. denique *Demosthenes*, p. 686 sqq. *Isocrates*, p. 281. *Petitus* p. 204, et laudatus ibi *Aristoteles*, Polit III, 1. de Clisthene dicens: *ἐφυλέτευσε ξένους καὶ δούλους μετοίκους.* (2) Cf. *Demosthen.* adv. Stephan. 1132. Cf. tamen de peculiari necessitudine hanc orationem inter atque orat. in Phormionem, *Platner*, p. 127.

rum auferendum esse videretur, qua antea erat concessum.

Est autem jam ad Phratrias nobis revertendum, in quas feminas quoque receptas fuisse supra diximus. In phratrias inscribebantur omnes liberi quoscunque Atheniensis civis cum cive et legitime nupta, ἐκ γυναικὸς ἀστῆς καὶ ἐγγυητῆς procreaverat, masculi et feminae statim postquam nati nataeve erant, eaque inductione proprie id efficiebatur, quod paucis verbis dicere possumus ἀγχιστείαν ἱερῶν καὶ ὁσίων, sive civilis quaedam cognatio in rerum divinarum et humanarum communione, sive in juris divini et humani communicatione consistens (1). Videtur saltem mentio legis apud Isaeum facta his verbis: νόθῳ μηδὲ νόθῃ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων, illum quoque verborum usum nobis permittere (2). Eam vero, de qua diximus ἀγχιστείαν,

---

(1) De tali communicatione Romani etiam in nuptiis dicebant. L. 1. D. *de rit. nupt.* Haec vero communicatio sola nondum fecit nuptias. Cf. etiam § 1. I. *de patr. potest.* (2) Pag. 147. *Reiskii*, Cf. idem de Apollod. hered. p. 190. de Ciron. hered. p. 218. Plura de hac re scripserunt *Platner*, p. 114, cum quo cf. p. 103 et 154 v. finem: *Gans*, Erbrecht. Vol. I, p. 313-315, et *Klenze*, die Cognaten und Affinen nach röm. und att. Recht, in der Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, Vol. VI, p. 81 et p. 138 sqq. Videtur tamen vox ἀγχιστεία modo latiorem modo strictiorem significationem habuisse, quod jam *Photii* a *Klenzio* allegata verba ἀγχιστεία συγγένεια indicare videntur. De ἀγχιστείᾳ sensu strictiori sive cognatorum loquitur etiam *Hermannus* Ius domest. et famil. etc. p. 25, ubi, laudato opere suo:

ut ex ipso laudato oratoris loco videmus, neque νόθοι habebant, neque ξένοι, unde saepius hi et illi sibi aequiparantur (1). Imo νόθος esse intelligebatur is, cujus inscriptio in phratriarum γραμματεῖον erat neglecta, neque tamen hic aliis juribus civilibus carebat praeter

---

»Lehrbuch der Griechischen Staatsalterthümer" § 121, docet, quantum lucis hac in re Juris Attici principiis affundi possit ex *Platonis* opere de Legibus, imprimis L. IX, p. 878. Hoc etiam loco Platonis mentio fit: notatu digna ἱερῶν atque ὁσίων, quae verba loco supra laudato *Isaei* certe non ad juris *sacri* et *publici*, sed ad *sacrorum* et rerum *familiarium* communionem pertinent, ut *Gans*, p. 313, cum *Platnero*, p. 114, contra *Petitum*, p. 11 et 214, verissime monuit. Hinc nec *Klenzio* assentiendum est, qui l. l. p. 140, *Niebuhrium*, Vol. II, p. 317 sqq. laudans, haec habet: Ueber den Cognaten, συγγενεῖς, finden sich im Attischen Recht grosse Kreise, die den Römischen *gentibus* wohl verglichenen γένη; indessen diese müssen wir von unsrer Untersuchung schon darum ausschliessen, weil sie bis jetzt eben so gewiss nur in öffentlicher, als die Römischen gentes nur in privatrechtlicher, mit der Agnation zusammenhängender Beziehung bekannt sind, und deren Zusammenhang mit der Familie darum, wenn wir auch nicht die bestimmtesten Zeugnisse dafür hätten, wie sie für die Römischen gentes bis jetzt fehlen, durchaus zweifelhaft ist. Eben so binden die Phratrien zwar eine Verbindung von Familienkreisen, aber sie sind mit den Rechten der Cognaten nicht anders als subsidiär verknupft und können daher hier ausgeschlossen werden." Cf. *Platner*. p. 154, et ea quae hac de re supra diximus. (1) *Platner*, p. 115, 116, 125. Cf. p. 114-117, et laudatus, p. 116. *Aristoteles*, Polit. III, 3, 4. *Petitus*, p. 11, 214, 287, et laud. ibi *Demosthenes*.

a, quae ab ipsa in phratrias inscriptione pendebant (1). Illo autem cognationis jure per se neque δημοποίητοι gaudebant, nisi adoptati essent, qua via νόθοι quoque in phratrias pervenire poterant, sacrorum ritu, qui in Thargeliis maxime locum habuisse videtur (2). Mulierum inductio in phratrias per nuptias itidem sacrorum ritu obtinuit, ad quem ipsa vox γαμηλία est referenda, iisque itidem illud cognationis vinculum efficiebatur, quamobrem id non inepte cum conventione in manum Romana per confarreationem comparaverunt Eruditi (3). Ceterum masculorum ex justis nuptiis natorum receptio in phratrias duplex fuisse videtur, et utraque cum sacrorum celebratione conjuncta. Altera recens natorum, altera adultorum esse solebat, quae in Apaturiis primo eorum die, κουρεῶτις appella-

(1) *Platner*, p. 113 sqq. et *Isaeus* de Pyrrhi heredit. p. 61, 62. Pag. 116, *Platnerus* dicit: » Soviel können wir mit Gewissheit annehmen, dass die νόθοι in soweit von den Bürgerrechten ausgeschlossen waren, als sie von der Einführung in die Phratrien abhing. Cf. etiam *Gans* p. 313, et ibi laud. *Meursius*. (2) Cf. *Gans*, p. 313, *Platner*, p. 128 sqq. p. 98, p. 118 sqq. p. 131-133 sqq., 141 et 142. Fiebant quidem δημοποίητοι participes πάντων τῶν ἱερῶν καὶ ὁσίων, uti dicitur in lege apud *Demosthenem* memorata, hoc tamen cum aliqua cautione, neque de ea ἀγχιστεία ἱερῶν καὶ ὁσίων intelligendum est, de qua modo diximus. Cf. *Schömannn*, de Comitiis, p. 73, 81. Cf. etiam *Platner*, p. 149, 150, 78, 73. (3) Cf. *Platner*, p. 152 sqq. Cognationis hoc vinculum ab initio potius agnationis fuisse videtur *Platnero*, praecipue quia liberi cum ἀστῇ ἐγγυητῇ procreati nonnisi in phratriam patris introducebantur.

to, locum habuisse videtur, quo κούριον offerebatur eorum nomine, qui ad ἡλικίαν pervenerant. De quibus, etsi parum certam habeamus notitiam (1), verosimile tamen est, alteram illam in phratrias inductionem, quae neque cum adoptatorum neque cum nuptarum receptione confundenda est, in feminas non cecidisse (2). Ea enim hunc in finem instituenda fuisse videtur, ut adultus eorum jurium particeps fieret, quae etiam in phratiarum institutione magis politicam habebant naturam (3). Phratriae enim nonnunquam cognoscendi (4) vel accusandi (5) vel adeo statuta condendi jus (6), et sicut curiae suum Demar-

(1) Ob incertas potissimum Lexicographorum notitias, in quibus plures res probe distinguendae confunduntur. Cf. *Platner*, p. 143 sqq., imprimis p. 147 et laud. ibi *Pollux* VIII, 108, atque Etymol. Magn. — De Apaturiis vid. *Platner*, p. 143, 130, 150, 103. Cf. etiam p. 119 circa κουρεῖον, quod Lexicographi interdum cum γαμηλίᾳ confundere videntur. (2) *Platner*, p. 148: »Wenigstens ist bei Mädchen. welche nie als active Mitglieder der Phratrien wurden, eine abermalige Einschreibung in den Jahren der Mannbarkeit nicht gedenkbar." (3) *Platner*, p. 147, 152, 155. (4) *Platner*, p. 119, 140, 148. Cf. p. 73, 78, 145 sqq. et *Isaeus*, de hered. Apoll. p. 170: idem de hered. Pyrrhi, p. 66. (5) *Platner*, p. 125. *Isaeus*, de hered. Pyrrhi, p. 40. (6) *Platner*, p. 156, laud. *Gajo* ad leg. XII, Tabul. in L. 4. D. *de colleg.*, ubi lex Solonis memoratur. *Niebuhr*, p. 323 propter verba: ἱερῶν συγγενικῶν γεννῆται in *Bekkeri* Anecdot. Lexic. Rhetor. I, 227, 9. et *Demosthen.* adv. Eubul. p. 1319, 26: Ἀπόλλωνος πατρῴου καὶ Διὸς ἑρκείου γεννηταί, verba legis restituit ita, ut pro ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ Φράτορες,

chum, ipsae etiam Phratriarchum habebant (1). Neque vero illa jura exercere neque hunc magistratum gerere mulieres poterant, neque adeo aliquem quem adoptarent phratriis offerre (2). Neque certe poterant feminae Athenienses publicum magistratum gerere, vel in Comitiis suffragia ferre, quod jam ipsa earum vitae ratio, quam in altera hujus Dissertationis parte descripsimus, indicat (3). »Ridiculum autem est et absurdum," ut ait Schömannus, quod a nonnullis narratur, antiquitus ante Cecropis tempora mulieres quoque Comitiis interfuisse et suffragia tulisse, neque ego id notarem, nisi a Petito, qui nullas ejusmodi nugas repudiare solet, pro certo tradi viderem" (4).

Dici igitur etiam de Jure Attico posse videtur, feminas in jure publico, eo saltem quod nobis hodie hoc nomine dicendum videtur, fere pro nullis fuisse

---

ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται legat: ἢ ἱερῶν ὀργίων γεννῆται, vel ἢ ἱερῶν ὀργεῶνες ἢ γεννῆται. Sed fortasse legendum est ἱερῶν ὁσίων γεννῆται. Cf. praeter alia supra dicta ea, quae monuimus p. 26, not. 1, sqq. et ea quae praecedunt. In lege laudata Solonis *δημόσια γράμματα* quoque memorantur alia mente, ut videtur. atque apud *Demosthen.* p. 243. Ibi saltem *δημόσια γράμματα* non legem publicam significant. (1) *Platner*, p. 155. Cf. p. 197, et *Schlosser*, l. l. p. 81. (2) *Platner*, p. 148, 111 et 112, 135 sqq. Feminae tamen adoptari poterant, cf. *Gans*, p. 317. (3) Cf. Part. Literar. Cap. II, imprimis § 2. (4) De Comitiis, p. 82, ubi laud. *Varro* apud *Augustin.* de Civit. Dei. XVIII, 5, 9. Cf. etiam *Schlegelii* verba supra laud. in Parte Liter. p. 81, not.

habitas (1). Hac autem disquisitione finita, jam ad alia quaedam Iuris Attici capita peculiaria, in quibus de juribus feminarum agitur, transeamus, et quidem initium facientes ab ea juris necessitudine, in qua praeter alia id etiam respiciendum est, quod ICti Romani maximum ac praecipuum munus feminarum esse dicebant (2).

(1) Cf. *Hermann*, Ius domest. p. 8-11. *Gans*, l. l. p. 300, docere conatur, eo quod feminae Iure Attico a negotiis publicis arcebantur, earum conditionem multo deteriorem fuisse conditione feminarum nostra aetate, quamquam nec his in reipublicae administratione aliquae partes tradi solent. (2) L. 14. § 1. D. *de aedil. edict.*

CAPUT II.

DE CONDITIONE CIVILI FEMINARUM IN IURE PERSONARUM.

§ 1.

De Nuptiis.

A Cecropis jam inde temporibus *μονογαμίαν* apud Athenienses obtinuisse, una et consentiens est totius antiquitatis vox (1), nec magis legibus quam moribus Atheniensium ita receptum, ut in polygamiam, utpote barbaris propriam, despicerent plane. Ita Euripides:

—— *τοιοῦτο πᾶν τὸ βάρβαρον γένος,*
πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται,
κόρη τ' ἀδελφῷ· διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι
χωροῦσι· καὶ τῶνδ' οὐδὲν ἐξείργει νόμος.
ἃ μὴ παρ' ἡμᾶς εἴσφερ' 'οὐδὲ γὰρ καλὸν,

(1) Vid. *Athen.* XIII, 2.

δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἓν' ἡνίας ἔχειν.
ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν,
στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει (1).

Nec Atheniensibus tantum proprius, verum omnibus Graecis communis hic erat mos, a quo duae tantum reperiuntur exceptiones, altera Spartanorum regis Anaxandridis, Ephororum monitu propter uxoris sterilitatem alteram praeterea ducentis (2), altera prioris Dionysii, tyranni Syracusani (3). Imo tantopere Graecorum moribus adversabatur cum pluribus uxoribus vita, ut etiam alteras nuptias, priore conjuge mortua, non satis probarent, unde Charondae lex in eum, qui liberis novercam induceret, ut a senatu et consilio moveretur (4). De feminis adeo memoriae proditum est, Gorgophonem, Persei filiam, omnium primam, mortuo priore marito, Oebalo nupsisse, unde secundis nuptiis originem datam (5).

---

(1) *Euripid.* Androm. 172 sq. Cf. 242, 465 sq. (2) *Herodot.* V, 40, qui addit: ποιέων οὐδαμῶς Σπαρτιητικά. (3) *Aelian.* V. H. XIII, 10. *Diodor. Sic.* XIV, 44. De polygamia principum Macedoniae, barbarorum exemplo, maxime post Alexandrum M. h. l. dicere nil attinet, cum ad posteriora pertineant tempora. Vid. hac de re *Crophius*, Antiq. Maced. I, 16. (4) *Diod. Sic.* XII, 12. (5) *Pausan.* apud *Coel. Rhodigin.* Lectt. Antiq. p. 1086. Cf. *Eurip.* Dictye, fragm. IX:

ὄντων δὲ παίδων καὶ πεφυκότος γένους,
καινοὺς φυτεῦσαι παῖδας ἐν δόμοις θέλεις,
ἔχθραν μεγίστην σοῖσι συμβάλλων τέκνοις;

Nec aliter jure Attico sancitum, ubi vita tantum cum una uxore legitimae habebantur nuptiae. Quae enim ex antiquorum, Peripateticorum imprimis, calumniis, de διγαμίᾳ narrantur tum Socratis, tum Euripidis, atque de Hieronymi Rhodii psephismate, quo belli Peloponnesiaci temporibus duas simul uxores ducere propter hominum penuriam licuisset (1), dudum sunt explosa, tam ab aliis (2), tum maxime a Viro Cl. Luzacio in eruditissima hac de re in Lectionibus Atticis commentatione.

Legitimae autem ut inirentur nuptiae, ex jure Attico primum requirebatur ἐπιγαμία, connubium, quod tantum inter cives Athenienses obtinuit (3), nisi speciatim vel alii civitati, vel privatis etiam peregrinis propter egregia in Atheniensium rempublicam merita esset concessum (4). Inter Agni et Pellenae contra

---

et lex ex *Syriano* apud *Meursium*, Them. Att. II, 14: νόμος, τὴν τρὶς γαμηθεῖσαν ἄτιμον εἶναι. (1) *Athen.* XIII, 2. *Diog. Laërt.* II, 26, alii. (2) Cff. *Platner*, Beiträge, p. 123 sq. *Meier* und *Schömann*, der Attisch. Process, p. 406, Nota 86. *Jacobs*, vermischte Schrifte, V. IV, p. 218, *Gans*, l. l. p. 295. qui Atheniensium morem cum una uxore vivendi repetit a more Aegyptiorum, et populorum orientalium atque Graecorum magnum hac in re docet discrimen. Eodem loco explicat verba *Herodoti* II, 92: καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει, κατάπερ Ἕλληνες. (3) *Demosth.* p. 1349. Cf. *Terent.* Andr. III, 1, 10 sq. ibique *Donat.* (4) Vid. e. g. *Demosth.* p. 291, 265, 1375. *Meurs.* Them. Att. II, 6, et inscriptiones antiquae passim. — De connubio eorum, qui δημοποίητοι dicebantur, jam dictum

δημώτας a Thesei inde temporibus ἐπιγαμίαν nunquam obtinuisse, testis est Plutarchus (1). Quod si quis peregrinus contra legem viveret cum femina cive Atheniensi, τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν, ἐὰν δὲ ἁλῷ, πεπράσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ, καὶ το τρίτον μέρος ἔστω τοῦ ἑλόντος. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ξένη τῳ (2) ἀστῷ συνοικῇ, κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ τῇ ἁλούσῃ ὀφειλέτω χιλίας δραχμάς (3). Qui vero peregrinam Atheniensi collocaret tamquam ex suo genere atque ejusdem juribus utentem civicis, ἄτιμος ἔστω· καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία ἔστω, καὶ τοῦ ἑλόντος τὸ τρίτον μέρος. γραφέσθω δὲ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, οἷς ἔξεστι, καθάπερ τῆς ξενίας (4). Similiter ne qua civis peregre nuberet, lege quoque vetitum

est supra. Cf. p. 52, not. 1, Cf. etiam *Meier* de bonis damnatorum p. 48 sqq. ubi de donata civitate uberius agitur. Pag. 58 etiam ληξιαρχικὸν γραμματεῖον memoratur, atque ea quam vocis δημοποίητος *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* p. 368. dedit, interpretatio improbatur. Cf. p. 62, not. 211.
(1) *Plutarch.* Thes. C. 13. Qua de re *Meier* u. *Schömann*, l. l. p, 350, not. 71: » Dass die Demen Palleuäer und Agnusier sich gegenseitig kein Connubium zugestehn, ist wahrscheinlich nur so zu erklären, dass sie vermittelst Observanz nicht aus diesen beiden Demen gegenseitig heiratheten, aber keineswegs, dass eine zwischen Gliedern derselben geschlossene Ehe rechtlich ungültig war.” (2) Ita legendum pro vulgari τῷ videtur. (3) Sunt verba legis apud *Demosth.* p. 1350. Cf. *Meurs.* Them. Att. II, 14. (4) Lex apud *Demosth.* p. 1363.

erat (1). Nemo autem genere civis habebatur, et connubium ideo habere potuit, nisi qui matre quoque cive et libera esset natus, post Aristophontis saltem legem, scriptam Archonte Euclide, Olymp. XCIV, 1. (2)

(1) *Demosth.* p. 763, ibique *Ulpian:* ὥσπερ σχετλιάζοντος, διότι ἐπὶ ξένης ἐκδέδοται ἀστὴ οὖσα, τοῦ νόμου τοῦτό ἀπείργοντος. Cf. *Lysias*, p. 490, et *Platner*, l. l. p. 108.
(2) Cff. hac de re *Ruhnken.* hist. crit. oratorum, apud *Reiskium*, Oratt. Attic. Vol. VIII, p. 129, et auctt. ibi laud. *Ruhnkenius* tamen ibi tantum de matre libera dicit. Non cives sed μετοίκους fuisse eos, qui non essent γνήσιοι, ex civibus parentibus nati, erat in lege, quae memoratur in Argumento orat. *Demosthenis* πρὸς Εὔβουλ. p. 1298. Cf. *Meursius*, Them. Att. II, 5, et ea quae supra p. 54, not. 1, et sqq. de hac lege atque p. 52, not. 1, et alibi de connubio eorum diximus, qui δημοποίητοι dicebantur. Hi quidem cives erant, pleno tamen civium jure non fruebantur, quo gaudere poterant illi, quos hi cum cive nata Atheniensi procreassent. Cf. etiam *Petitus*, Legg. Att. p. 200 sqq. et loci ibi laud., imprimis *Demosthen*, p. 1376 ad verba supra jam relata: ὅσους ὁ δῆμος ποιήσηται πολίτας.... τοῖς δ' ἐκ τούτων, κ. τ. λ. item p. 1380: Ψήφισμα περὶ Πλαταιέων. — Archontes autem tertia generatione ἑκατέρωθεν Athenienses esse debebant. *Pollux*, VIII, 9, 85. Cf. contra de Lyciorum hac in re moribus *Herodot.* I, 173: de Aegyptiis *Diod. Sic.* Vol, I, p. 91. — Ceterum legem illam Aristophontis aliquomodo jam a Pericle vel adeo a Solone repetendam esse, docet *Gans*, l. l. p. 312, atque ibidem laudat *Meierum*, de bonis damnator. p. 73, 74. Hic autem ICtus post explicatam conditionem ejus, qui erat civis ὑπὸ τοῦ δήμου ποιητός, explicat conditionem ejus, qui Φύσει vel γένει civis sive γνήσιος dicebatur, p. 63 sqq., atque contendit, natura civitatem Atticam acquiri potuisse eo tantum, quod quis ex utroque parente cive natus erat. Hujus juris quasi communis in omni Graecia historiam tum

Requirebatur porro consensus et desponsio [ἐγγυή] (1) a parte patris, vel ejus qui ceteroquin puellae κύριος esset, quibus omnibus deficientibus ipse intercedebat magistratus (2). Talis desponsio ab ipso patre facta, habetur apud Herodotum, ubi Clisthenes his verbis filiam Megacli despondet: τῷ Ἀλκμαίωνος Μεγακλέϊ ἐγγυῶ παῖδα τὴν ἐμὴν Ἀγαρίστην νόμοισι τοῖσι Ἀθηναίων. Φαμένου δὲ ἐγγυᾶσθαι Μεγακλέος, ἐκεκύρωτο ὁ γάμος Κλεισθένει (3). Hanc quoque ob causam, ubi puer apud Phratores inducebatur, jusjurandum exigebatur, eum a cive et legitime desponsa esse natum: ἐξ ἀστῆς καὶ ἐγγυητῆς γυναικός (4). Licuisse autem videtur libere a

---

narrat secundum leges Atheniensium, et plura de *matrimonio* et *connubio* affert. (1) De formulis hac in re usitatis vid. *Pollux* III. 34. De consensu ipsius sponsae Cf. *Gans*, p. 298 sqq. *Platner*, p. 109, et quae a nobis dicta sunt in Parte literaria, p. 38 sqq. p. 66. (2) Lex apud *Demosth.* p. 1134: ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι ἢ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους, κ. τ. λ. Cf. *Plato*, de Legg. VI, p. 774 D. *Lysias*, p. 576, 894. *Demosth.* p. 1014. Cf. *Hermann* Jur. dom. comp. p. 9, ubi dicit: »Hac in causa Plato fere eundem ordinem secutus est, quem et Athenis obtinuisse novimus et universae Graeciae communem fuisse, verosimile est." Verba legis reliqua, quae laudatis hisce subjunguntur apud *Demosthenem*, optime ex loco laudato Platonis explicari posse, idem *Hermannus* censet, qua de re infra dicam. (3) *Herod.* VI, 130. Inter convivium phiala vino plena data, praesentibus amicis, haec desponsio fieri solebat. Vid. *Pindar.* pulcerrimo exordio Olymp. VII, ibique *Dissen* et auctt. quos citat. (4) *Isaeus* p. 208. Cf. *Demosth.* p. 1315 et 1376. Hujus autem rei, quae etiam in

sponsalibus discedere, nec postea nuptias inire, ita tamen, ut, si dos jam data esset, haec vel statim esset reddenda, vel deberetur ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς (1). Est autem omnino notandum, illam desponsionem Iuris Attici proprie videri sponsionem quandam de civitate mulieris in matrimonium collocandae (2). Utriusque

---

puellarum inductione locum habuit, ratio perspicua est ex iis, quae de inductione in phratrias cum universe tum feminarum supra diximus, et ad eandem quoque pertinent verba: δῆλον γὰρ, ὅτι εἰ ἐπείσθη ἐ γ γ υ ή σ α σ θ α ι, ἐπείσθη ἂν καὶ γαμηλίαν ὑπὲρ αὐτῆς τοῖς Φράτορσιν εἰσενεγκεῖν, καὶ εἰσαγαγεῖν τὴν ἐκ ταύτης ἀποφανθεῖσαν, θυγατέρα ὡς γ ν η σ ί α ν οὖσαν αὐτῷ, κ. τ. λ. apud *Isaeum*, p. 66. Monendum etiam est, phratoribus, non obstante juramento illo, si de rei veritate dubitarent, facultatem fuisse recusandi receptionem, ut item videri potest ex *Isaeo*, p. 170, cf. etiam *Platner*, Beitr. p. 145 sqq. et supra p. 59, not. 4, et p. 39, not. 2, atque *Gans* p. 330, ubi illius sententia de phratriarum constitutione plane adoptata est, et, sicut p. 317, 326, plura docuit circa κοινὸν et ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. (1) Argumento *Demosthen.* p. 818: τὴν μὲν τοίνυν προῖκα τοῦτον τὸν τρόπον ἔχει λαβών. μὴ γήμαντος δ' αὐτοῦ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν, ὁ μέν νόμος κελεύει, τὴν προῖκα ὀφείλειν ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς. Cf. *Meier* u. *Schöm.* l. l. p. 411. (2) Hinc etiam infamia illa ex legibus irroganda: ἐὰν δέ τις ἐκδιδῷ ξένην γυναῖκα ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ ὡς ἑαυτῷ προσήκουσαν, quasi poena perjurii erat de mulieris civitate praestiti, *Demosth.* p. 1363: et sponsam per cognatos a sponsa magistratus intercessione ipsis vocibus ἐγγυηθεῖσαν et ἐπιδικασθεῖσαν distinctam legimus. *Isaeus*, p. 130, et *Gans*, l. l. p. 295, 298, 299, 312, atque *Platner*, l. l. p. 109. Illa tamen differentia cohaeret etiam cum alia re, de qua infra erit dicendum.

autem desponsionis effectus iidem fuisse videntur. Ipsa nuptiarum celebratio cum uxoris inductione in phratrias cohaerebat, unde non inepte dicit Meierus (1): signa ineundi et initi matrimonii consuetudo Attica duplicia agnoscit: alterum juridicum, *ἐγγύησιν*, alterum religiosum, *εἰσαγωγὴν εἰς Φρατρίαν*, sive *γαμηλίαν*, quam *γαμηλίαν* cum confarreatione Romana confert; veram tamen ejus significationem non accurate indicasse videtur.

Nuptiae vero interdictae erant inter eos qui sibi essent vel adscendentes vel descendentes, vel etiam fratres atque sorores uterini: ex eodem vero patre natis, rite nuptias contrahere licuit (2). Nec adoptanti, durante

---

(1) De bonis Damnat. p. 66. Cf. *Heffter*, p. 72: »erst durch gesetzmässige Verlobung traten die rechtmäsigen Tochter Athenäischer Bürger in die Phratrie und Herrschaft ihrer Männer über." (2) *Demosth.* p. 1304. *Plutarch.* Themist. 32. *Corn. Nepos*, Cim. 1. Schol. *Aristoph.* Nub. 1353: » Nur Geschwäsz der Grammatiker, zuerst wahrscheinlich des Didymos, ist die Angabe, Kimon seij von Perikles wegen des Verhältnisses zu seiner Schwester Elpenike angeklagt worden. S. *Ps. Andokid.* g. Alkib. 129: Schol. zu *Aristid. Plat.* 2, 128." *Wachsmuth*, Hellen. Alterth. I, 2, 61, nota 82. Cff. praeterea *Athen.* XIII, 56. *Suid.* v. Κίμων. *Petitus* ad Leges Att. p. 538. *Philo* citatus apud *Meursium* Them. Att I, 14, secundum quem Spartae contrarium obtinuit. — De causa legis Solonis vid. *Bunsen*, de jure heredit. p. 148: Cf. etiam *Gans*, p. 309, ubi causa peculiarium in hac re juris Attici praeceptorum ex praevalente *agnationis* jure repetitur, de quo ille cum *Platnero*, p. 111, convenire videtur, qui itidem

adoptione, licuit filiam adoptivam uxorem ducere, quamvis ipse ποιητός recte et saepius adoptivam sororem duxisse videtur (1). 'More praeterea erat receptum secundum antiquissimum institutum, ut nulla puella viro nuberet, nisi quae ante Artemidi Brauroniae esset dicata ejusque sacra administravisset, qua de re vidimus in parte hujus Dissertationis Literaria, capite primo.

Annus legitimus in nuptiis ineundis non statutus fuisse videtur: anno duodevicesimo certe juvenes, decimo quarto vero puellae jam nuptias iniisse inveniuntur (2): neque magis, num sub poena nuptias contrahere fuerit jussum, prouti Lacedaemone, constat (3).

Haec igitur de nuptiis universe secundum Ius Atticum erant constituta: peculiarem autem hac in re curam Solon gessit τῶν ἐπικλήρων, h. e. earum virginum, quae nullos fratres habentes, solae heredes relinquebantur, item ἐπικληρίτιδες, πατροῦχοι, ἐπιπαματίδες

Romanam *agnationis* notionem aliquomodo juri Attico communem fuisse contendit. Cf. denique ejusdem Notiones Iustit. apud Homerum, p. 132. (1) *Demosthen.* pag. 1028: ἐπειδὴ οὐκ ἦσαν αὐτῷ παῖδες ἄῤῥενες, ποιεῖται Λεωκράτην τὸν ἀδελφὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός· οὐσῶν δ' αὐτῷ δύο θυγατέρων ἐκ τῆς τοῦ Λεωκράτους ἀδελφῆς, τὴν μὲν πρεσβυτέραν ἐμοὶ δίδωσι, καὶ τετταράκοντα μνᾶς προῖκα· τὴν δὲ νεωτέραν, Λεωκράτει. Cf. *Isaeus*, p. 58. (2) *Demosthen.* p. 1009. *Xenoph.* Oeconom. I, 5. III, 13. Cf. *Plato*, de Legg. p. 772 sqq. (3) Vid. *Plutarch*, de amore prol. VII, p. 921, *Reiskii*. *Pollux*, VIII, 6, 40. III, 48.

dictae (1), cum eae, quae pauperes erant, θῆσσαι vo-

(1) *Harpocrat.* v. ἐπίδικος. *Suidas*, v. ἐπίκληρος et θῆττα. Auct. Etymol. v. θῆττα. Schol. ad *Aristoph.* Aves, 1652 et Vesp. 581. *Ruhnken.* ad *Timaeum*, p. 209. *Platner*, p. 117 in nota. *Bunsen*, de Iure heredit. Athens. p. 17 sq. p. 44 sqq. p. 100. *Gans*, p. 308. 338. 378. *Heffter*, Athen. Gerichtsverf. p. 192 sqq. 384. 414. *Meier* de bonis damnat. p. 65. *Hermann* Iuris dom. et famil. comp. p. 28 et sqq. p. 10. *Schömann* der Att. Process. p. 468 sqq. et *Reiskii* annot. ad *Demosthenis* locum pro parte jam supra allatum p. 67, not 2, scil. ad legem p. 1134 scriptam, in apparat. crit. Vol. III, p. 1525. *Reiskius* hoc loco interpretationem legis illius a *Petito*, p. 535 datam, magis probat quam sententiam *Salmasii*, de modo usur. p. 167 expositam, atque in notis ad *Petitum* qouque relatam. *Reiskii* vero sententiam etiam maximam partem comprobat *Platner* l. l. Videntur tamen superesse dubia quaedam de laudatae legis interpretatione. In ea loco ἐπίκληρος τίς legendum esse ἐπικληρῖτις, et verbis κύριον εἶναι continuo jungenda esse verba itidem a *Demosthene* exhibita: καὶ ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται, κ. τ. λ. *Salmasius* censuit. Loco ἐπίκληρος legendum ἐπίκλητος putat *Bunsen*, p. 48, ubi lex nostra peculiari prorsus modo explicatur: eam vero interpretationem rejecit *Heffter*, p. 72 sqq. *Platnerus* in opere: der Process und die Klagen, Vol. II, p. 250, priorem suam sententiam retractavit, et novam ejus doctrinam aliquomodo correxit *Hermann*, l. l. p. 10 nota. Ceterum ἐπίκληρος atque ἐπικληρῖτις prorsus idem significasse, soli Grammatici posterioris aetatis tradunt, nec semper illa vox eandem habet significationem. Cf. etiam quae diximus in Parte literar. p. 63 et 67, et *C. de Boor*, über das Attische Intestaterbrecht, Hamburg 1838, pag. 76 sqq. 134 sqq. 141 sqq. et *Müller*, Göttinger gel. Anzeigen, Juli 1821, p. 1178.

carentur (1). Pauperem enim talem ἐπίκληρον (2) is, qui genere proximus erat, κατ' ἀγχιστείαν, exceptis adscendentibus, ducere tenebatur: si vero jam ipse nuptias contraxisset, secundum censum eam dotare, et si plures eodem aderant gradu, omnes simul pro virili parte ad hanc dotem conferre tenebantur (3). Si vero plures essent ipsae θῆσσαι, non necesse erat cognato plures una dotare, sed proximus aut dotare debebat, aut ipse ducere (4). Quod si non fecissent cognati, unicuique licuit extra periculum et aquam apud Archontem Eponymon eos accusare (5), quippe

---

(1) De vocibus θῆσσαι atque θῆτες cf. etiam *Petitus*, p. 201 sqq. atque laudatus ibidem *Plutarchus* et alii. Census causa cives omnes a Solone in quatuor classes erant relati: sc. πεντακοσιομεδίμνων, ζυγιτῶν et θήτων. Hi etiam οἱ τὸ Θητικὸν τελοῦντες appellati, non debent cum iis, qui μέτοικοι dicebantur, confundi, licet antiquitus non omnia jura politica haberent, quae reliquis civibus competebant. Cf. *Mazochii* Comment. in tabul. Heracl. Neapoli 1754, p. 224 sqq. (2) Cf. *Demosthen.* p. 1067: τῶν ἐπικλήρων ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν, et de hoc loco *C. de Boor*, p. 79. Vox ἐπίκληρος tamen nonnunquam aliam significationem habet, et nonnisi divites significat; ab iis ἐπιπροῖκοι distinguuntur, et ipsae ἐπίδικοι dicuntur, quatenus de iis cum hereditate vindicandis cognati litigant. Cf. *Bunsen*, l. l. p. 18. *Gans*, p. 338. *Petitus*, p. 335. *Heffter*, p. 72. De his autem infra plura dicentur. (3) Lex apud *Demosthen.* pag. 1067: ὁ ἐγγύτατα γένους ἐκδιδότω ἐπιδοὺς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας δραχμάς, ὁ δὲ ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζυγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα. Cff. *Terent.* Phorm. III, 2, 59, ibique Intt. et *Gans*, l. l. p. 303. (4) *Demosth*, p. 1068. (5) *I-*

qui ἐπικλήρων curam gerere tenebatur (1); si secus fecisset, mille drachmas solvere debebat, Junoni sacras (2).

Nec pauperum tantum ἐπικλήρων curam gerebat Solon, verum etiam divitum, quae omnia antiquarum civitatum nituntur ratione, qua maxime, ne familiae prorsus emorerentur atque sacra et religiones cum iis conjuncta ita perirent, cavebatur, prouti item in Romanorum republica observare licet (3). Patri igitur

---

saeus p. 44: — ἄλλως τε καὶ μόνων τούτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν, καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς ἐπικλήροις· οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔπεστον, οὐδ᾽ ἐὰν οὐδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγείλαντες μεταλάβωσιν, κ. τ. λ. (1) *Lysias*, p. 560. *Demosthen.* 940, 980, 1076. (2) *Demosthen.* p. 1068. Cf. etiam de hujus magistratus cognitione *Gans*, p. 303, et laudati ibi *Heffter*, p. 192 sqq. et *Jones*, Works IX, 42. (3) Cf. *Gans*, p. 308 sqq. »Das Attische Familienverhältniss war durchaus auf geschlechtliche Einheit und geschlechtlichen Zusammenhalten gegründet. Die nothwendige Ehe der Erbtochter, ἐπίκληρος, mit den nächtsten Agnaten kann hier vorläufig als eine Aeusserung dieses Verhältnisses angesehen werden. Die Bedeutung dieses *geschlechtlichen Princips* lässt nun nothwendiger Weise die Forderung der natürlichen Sittlichkeit zurücktreten oder verschwinden.... So hat die Ehe mit dem consanguineus für die Attische Sittlichkeit durchaus nichts Anstössiges. *Der Begriff der Agnation* ist es aber, der sich hier als der überwiegende und die natürliche Sittlichkeit aufhebende zeigt. Wo er nicht collidirt, tritt die letztere wieder in ihre Rechte ein. Die Ehe mit der uterina ist daher verpönt.'' pag. 338: » Den Erbtöchtern liegt durchaus nicht der Begriff zu

talis ἐπικλήρου licuit omnino pro lubitu de bonis suis

Grunde, dass sie in Ermangelung von Descendenten selbst als Erbende auftreten, sondern dass sie mit dem Vermögen von den Collateralen ererbt werden. Diesen Begriffen zufolge stehen die berechtigten Collateralen zu den Erbtöchtern in dem Verhältniss der Vindication, und der Zuschlag derselben, ἐπιδικασία, ist dem Zuschlag einer Erbschaft volkommen gleich." Quam ICti sententiam probat etiam *Hermannus* in Iuris dom. et famil. p. 29 sqq: ex eadem vero causa etiam ostendit errorem, in quem in Iure hereditario primus *Jones* et post eum *Gans* inciderunt. Circa necessitatem heredi impositam ducendi filiam hereditariam, Platonem quoque Ius Atticum expressisse, loco laud. etiam *Hermannus* docet, *Schömannum* quoque consentientem laudans, ad *Isaeum* p. 438. Intelligit sane locum in: Attischer Process. p. 468. – Cf. etiam supra p. 69, not. 2, versus finem, et de Iuris Attici principio κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀῤῥένων *C. de Boor*, l. l. p. 5 sqq. Cf. denique *Bunsen*, l. l. p. 13, 44, 98, quo loco dicit: » Solonem jure hereditario tamquam officiorum mutuorum defuncto praestitorum remuneratione praestandorumque quasi pignore familiarum gentiumque vincula sancire et stirpes bonaque in iis conservare, hoc ipso denique totam civitatem continere voluisse." — Laudatis vero locis *Bunsen* subjungit uberiorem disquisitionem de gentium et phratriarum institutione apud Athenienses, in qua plura notatu digna leguntur, imprimis p. 103 sqq. 107 sqq. et 131. His tamen plane assentiri nequeo: imprimis autem ea non admittenda videntur, quae p. 105 de *gentilibus* quasi *gentium principibus* dicuntur, aliamque interpretationem admittere videtur illud *Timaei:* γεννηταὶ οἱ τὰς Φρατρίας γεννῶντες. Videtur adeo id conciliari alia ratione posse cum dictis *Suidae*, *Harpocrationis* et *Eustathii*, p. 104 laudatis: γεννηταὶ οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωνοῦντες.... οἱ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὰ καλούμενα γένη κατανεμηθέντες, atque σύστημα κοι-

disponere, vel inter vivos vel in tempus mortis testamento, ita tamen ut is, cui hereditas obtigisset, simul filiam ducere deberet (1). Quod si non ita disposuisset pater, ad illum qui genere erat proximus, vel si plures essent filiae, ad proximos cognatos jus eam easve ducendi pertinebat, instituta antea inquisitione apud Archontem, quae *ἐπιδικασία* vel *λῆξις* dicebatur, qua statuto die per praeconem publice proclamabatur *εἴ τις ἀμφισβητεῖν ἢ παρακαταβάλλειν βούλεται τῆς ἐπικλήρου*. Agebatur hoc judicium de omnibus omnino *ἐπικλήροις* singulis mensibus, excepto Scirrhophorione. Si jam, inquisitione instituta, alter, qui potiore uteretur jure, non inveniebatur, puella dicebatur *ἀνεπίδικος*, et Archon ei *ἐπιδικάζειν τὴν ἐπίκληρον* dicebatur (2). Si autem puella jam alii esset nupta, priores illae nuptiae ipso jure rescindebantur, ut in manum conveniret illius, qui sanguine esset proximus: *ἢ δεινόν γ' ἂν εἴη τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατρῴων* (3) *ἐκδοθείσας καὶ συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας* (*περὶ ὧν τίς ἂν ἄμεινον ἢ ὁ πατὴρ βουλεύσαιτο;*) *καὶ τὰς οὕτω δοθείσας, ἂν ὁ πατὴρ αὐ-*

ωνικόν, ὅ ἐστιν ἡ ἐκ τῶν γεννῶν τῶν συννενεμημένων εἰς τὰς Φρατρίας, ἤτοι τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωνία, καὶ ἦσαν οὗτοι..... νόμῳ τινὶ ἔχοντες κοινωνίαν. In his nihil inesse puto, quod non quadret in sententiam nostram hac de re supra, Capite primo expositam. (1) *Isaeus*, p. 43, 54, 58, ibique Intt. Cf. *Aristoph.* Vesp. 605 sq. (2) Vidd. auctt. laud. apud *Meurs.* Lectt. Att. V, 1: in Solone C. 16. Them. Att. I, 13. *Meier* und *Schömann*, p. 469. Cf. *Andocid.* p. 58 sq. (3) Cum *Reiskio* *πατέρων* utroque loco legendum censeo.

τῶν τελευτῆσαι, μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφοὺς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους ὁ νόμος εἶναι κελεύει· καὶ πολλοὶ συνοικοῦντες ἤδη ἀφήρηνται τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. εἶτα τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατρῴων (3) ἐκδοθείσας, διὰ τὸν νόμον ἐξ ἀνάγκης ἐπιδίκους εἶναι προσήκει, κ. τ. λ. (1) Quae proximorum jura, quam severa fuerint ratione feminarum, eo maxime apparet, quod non semel tantum, virginem vel a marito jam ductam, sed quoties vidua facta fuerit, cognatam vindicare sibi illi potuerint. Bonis tamen, si liberi ex priore matrimonio erant procreati, non item potiebantur (2). Quod si plures adessent competitores, puella dicebatur ἐπίδικος, et διαδικασία τῆς ἐπικλήρου ab Archonte instituebatur (3).

Ita jam si proximo genere nupta esset ἐπίκληρος, filius ex hisce nuptiis natus ἐπὶ διέτες ἡβήσας, i. e. cum majorennis factus esset, in domo avi ut filius adoptabatur, hereditatem avi a matre ex asse recuperabat, κύριος fiebat matris, atque σῖτον, alimenta, ei praebere tenebatur (4).

---

(1) *Isaeus*, p. 54 sq. (2) *Isaeus*, p. 149: πότερον δεῖ τὴν ἀδελφὴν Φιλοκτήμονος, ἣ Χαιρέᾳ συνῴκησε, νῦν δὲ χηρεύει, ἐπὶ τούτοις γενέσθαι ἢ ἐκδοῦναι ὅτῳ βούλωνται, ἢ ἐᾶν καταγηράσκειν, ἢ γνησίαν οὖσαν ὑφ' ἡμῶν ἐπιδικασθεῖσαν συνοικεῖν ὅτῳ ἂν ὑμῖν δοκῇ; *Bunsen*, l. l. p. 47. (3) *Pollux*, III, 33. *Harpocrat* v. ἐπίδικος Cff. etiam scriptores hac de re in notis, quae praecedunt laudati, e. g. p. 72, not. 2. (4) *Demosthen*. p. 1135. *Isaeus*, p. 261: νόμος οὐκ ἐᾷ τῶν τῆς ἐπικλήρου κύριον εἶναι, ἀλλ' ἢ τοὺς παῖδας ἐπὶ διέτες ἡβήσαντας κρατεῖν τῶν χρημάτων. *Suid*. v. ἥβησ. *Harpocrat*.

Nec stante matrimonio leges negligebant ἐπικλήρους, sed prudentissime, ut bene a maritis haberentur, cavebant. Qua de re operae pretium est, ipsum audire Plutarchum: ἄτοπος δὲ καὶ γελοῖος, dicit, δοκεῖ ὁ τῇ ἐπικλήρῳ διδοὺς, ἂν ὁ κρατῶν καὶ κύριος γεγονὼς κατὰ τὸν νόμον, αὐτὸς μὴ δυνατὸς ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἔγγιστα τοῦ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι. Καὶ τοῦτο δ' ὀρθῶς ἔχειν τινές φασι πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους συνεῖναι, χρημάτων δ' ἕνεκα λαμβάνοντας ἐπικλήρους, καὶ τῷ νόμῳ καταβιαζομένους τὴν φύσιν. Ὁρῶντες γὰρ, ᾧ βούλεται, τὴν ἐπίκληρον συνοῦσαν, ἢ προήσονται τὸν γάμον, ἢ μετ' αἰσχύνης καθέξουσι, φιλοπλουτίας καὶ ὕβρεως δίκην διδόντες. Εὖ δ' ἔχει καὶ τὸ μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τῶν συγγενῶν τοῦ ἀνδρὸς, ᾧ βούλεται, διαλέγεσθαι τὴν ἐπίκληρον, ὅπως οἰκεῖον ᾖ καὶ μετέχον τοῦ γένους τὸ τικτόμενον· — — — καὶ τὸ τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν πάντως τῇ ἐπικλήρῳ τὸν λαβόντα (1). Quae etiamsi fortasse non omnia verbotenus vera sint habenda, hoc saltem certissimum, ἐπικλήροις plurimum fuisse juris, easque per publicas adeo actiones maritos in ordinem potuisse co-

---

ἐπὶ δίετες ἡβῆσαι. Cf. *Gans*, l. l. p. 339: » Aus der Passivität in der Erbtöchter gleichsam nur Sachen sind, treten sie dadurch, dass sie Sohne haben..... Eine Erbtochter die einen Sohn hat, erbt das Vermögen im Namen dieses Sohns, der nun auf diese Weise Sohn seines Grossvaters ist.'' Plura quoque hic afferuntur de aetate, qua filii sui juris fiebant. *Petiti* sententiam hac de re *Bunsen*, p. 18, 19, et hujus doctrinam *Platner* impugnat in Heidelberger Jahrb. 1814, p. 1193 sqq. (1) *Plutarch.* Sol. 20. Cf. *Petitus*, p. 542.

gere (1), in quibus cuilibet civi ipsis sine ullo periculo opem ferre licuit (2): unde saepe eas, hisce privilegiis fretas, imperium in maritos exercuisse, in Parte literaria vidimus (3).

---

(1) Cum his tamen conferantur, quae supra dicta sunt de feminarum jure agendi. (2) *Harpocrat.* v. κακώσεως. *Phot.* κακ. *Isaeus*, p. 44. Cf. Schol. *Aristoph.* Equit. 299. – In inquilinis idem jus ἐπικλήρων obtinuisse atque ad Polemarchum pertinuisse, patet ex *Demosthene*. 1135: νόμος κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῶν ἐπικλήρων ἁπασῶν, καὶ ξένων καὶ ἀστῶν· καὶ περὶ μὲν τῶν πολιτῶν, τὸν ἄρχοντα εἰσάγειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, περὶ δὲ τῶν μετοίκων, τὸν πολέμαρχον. καὶ ἀνεπίδικον μὴ ἐξεῖναι ἔχειν, μήτε κλῆρον, μήτε ἐπίκληρον. Cf. *Petitus*, p. 543, quaeque de ingenuorum, libertorum ceterorumque inquilinorum ratione in Solonis legibus ex nobiliorum et ignobiliorum ratione orta dicit *Bunsen*, p. 104. (3) Cap. II, § 3. De ἐπικλήροις secundum leges Charondae, cf. *Heijnii* Opusc. Acad. Vol. II, p. 119. Notanda quoque est interpretatio, quam *Hermannus*, Iuris domest. p. 10, not. 26 dedit legis a *Demosthene* relatae, p. 1134. Verba enim: ἐὰν μὲν ἐπίκληρός τις ᾖ atque ἐὰν δὲ μὴ ᾖ a Demosthene relata, ita ille intelligit, ut sub his quoque vocem ἐπίκληρος cogitet; puella vero, quae ἐπίκληρος non sit, non pauperem h. l. intelligendam esse censet, sed eam cujus frater filios in aliena tutela reliquerit, qui etsi bona hereditaria acceperint, κύριοι tamen mulieris esse non possint. Fortasse autem voci ἐπίκληρος aliud quid inest, ex quo facilius explicari possit illa verborum oppositio. Hoc enim nomine nostro loco fortasse filia hereditaria ea tantum significatur, quae perfectae aetatis et nubilis jam cum ipsa hereditate in matrimonium vindicari potest, eique opponitur ea, quae nondum perfectae aetatis tutorem habet. Verba: ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ, τοῦτον κύριον εἶναι de tutore intelligenda esse *Hermanno* eo magis videntur, cum apud

Praeter legitimas autem uxores, lex etiam permisit habere pellices, quas, teste Demosthene, τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος ἕνεκα habere solebant; uxores contra legitimas τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν (1). Quae pellices quamvis non semper a legitimis uxoribus aequo animo ferebantur (2), satis frequenter tamen in usu fuisse videntur, et liberis quoque interdum ingenuis procreandis adhibitae (3). In jure quoque tam arctum vinculum inter virum et pellicem intercedere videbatur, ut moechum adeo in ea deprehensum non minus quam in legitima uxore interficere liceret (4). Cum dote item interdum pellices elocabantur, et tabulae conficiebantur, quibus, quid emolumenti, pellicatu finito, essent accepturae, definiebatur (5).

Platonem, loco ad illius legis institutionem pertinenti tutoris mentio fiat disertis verbis, L. VI. p. 774: τοὺς ἐγγύτατα γένους ἀεὶ κυρίους εἶναι μετὰ ἐπιτρόπων. Plura de hac re addendi occasio infra erit. (1) *Demosth.* p. 1386. (2) *Athen.* XIII, 3. (3) *Demosthen.* p. 637: — ἐπὶ παλλακῇ, ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ. (4) *Lysias*, p. 35, 36. Cf. *Demosth.* p. 637. Cf. cum his, quae de facultate *concubinam* et uxorem *injustam* adulterii accusandi dicit *Ulpianus* L. 13. D. *ad leg Iul. de adulter.* laudato versu *Homeri*, atque *Pirmez*, de marito tori violati vindice ex Jure Romano, Lovanii 1822, passim. (5) *Isaeus*, p. 41 ibique Intt. Cff. *Aristoph.* Vesp. 1351 sq. *Bunsen*, p. 42. *Gans*, p. 296 sqq.

§ 2.

De Divortio.

Si ulla alia in re (1), in divortio sane misera atque

(1) Multo ceteroquin majorem fuisse dignitatem civilem feminarum Atheniensium quam Orientalium, docet *Gans*, p. 299, his verbis: »Da der Kauf nicht mehr die Eingehungsweise der Ehe ist, da in dem Momente der Civität, zugleich die Selbstständigkeit und die Persönlichkeit der Frau ausgedrückt ist, so folgt, dass die Athenäische Frau zu ihren Manne keineswegs mehr in dem Verhältniss des Eigenthums und der Gegenständlichkeit stehe, sie ist die vollkommen Gleiche, und die Gewalt über die Ehfrau ist ein Verhältniss des Schützes." Non tanta tamen erat Atheniensium feminarum dignitas, quantum Germanicis uxoribus tribuit *Tacitus*, German. 18 his verbis: »Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert, intersunt parentes et propinqui, ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves et frenatum equum et scutum cum framea gladioque. In haec munera uxor accipitur atque invicem armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos conjugales Deos arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque etc." Nihilominus in ipsis illis muneribus et dote, de quibus *Tacitus* loquitur, multo posteriori adhuc tempore apud populos Germanicos coëmtionis forma conspicua est. Neque in hanc nuptiarum Germanicarum et officiorum uxori injunctorum discriptionem quadrare videtur ea, quam supra retulimus, *Welckeri* doctrina de feminis excludendis a publicis mu-

a nostra ratione multum diversa feminarum Atheniensium erat conditio. Maritus enim sine ulla, ut videtur, forma uxorem simpliciter dimittere, ἐκπέμπειν, ἀποπέμπειν, potuit, atque in domum ejus, qui ipsius erat κύριος, remittere (1). Dotem autem uxori, qui divortium fecerat, reddere tenebatur, quod si non fecisset ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἰς Ὠιδεῖον εἶναι δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ (2). Si vero uxor vel ejus propinqui hoc gravabantur repudio, δίκην ἀποπέμψεως apud Archontem instituere iis licuit, quae tamen quid effecerit, quoque modo instituta sit, ob antiquorum silentium ignoramus: non tamen videtur maritus, ut uxorem domum reciperet, cogi potuisse (3). Uxor autem, si a sua parte divortium fa-

---

neribus. ICtus saltem hac in re majorum quoque prudentiam laudat, atque ejus rationem reddit, quae certe apud populos Germanicos non obtinuit, testibus non solum verbis *Taciti*, verum etiam ipsis historicis factis. (1) *Lysias*, p. 541: Ἱππόνικος δὲ, πολλοὺς παρακαλέσας, ἐξέπεμψε τὴν γυναῖκα· φάσκων τοῦτον, ὡς οὐκ ἀδελφὸν αὐτῆς, ἀλλ' ὡς ἄνδρα ἐκείνης, εἰς τὴν οἰκίαν εἰσιέναι τὴν αὐτοῦ. *Demosth.* p. 1362. Cf. *Gans*, p. 310: »die Ehescheidung hat bei den Griechen, namentlich bei den Athenäern, den etwas leichtsinnigen Character einer durchaus nicht gehinderten Trennung." (2) Verba legis apud *Demosthen*. p. 1362. (3) Der Att. Process. p. 415. Cf. *Heffter*. Athen. Gerichtsverf. p. 250, 414, qui statuit, id quod *Pollux* narrat circa δίκας ἀποπομπῆς, nullo fundamento niti, atque hac in re ei assentitur *Gans*, l. l. p. 311. Recte omnino ibidem etiam rejici-

cere vellet, difficillimum erat negotium, ἀπόλειψις dictum (1). Ipsa enim Archontem adire eique scriptum in quo causae, quare divortium cuperet, essent expositae, tradere debebat: quod quam durum fuerit honestae matronae, Atheniensi praecipue, quae latere et domum custodire per majorem vitae partem solebat, nec unquam fere cum alienis viris habere consuetudinem, facile patet. Ita Hipparete, modesta illa et continentissima Alcibiadis uxor, cum mariti libidines et dissolutissimum vitae genus amplius ferre non posset, primum relinquens domum ad fratrem abiit: tandem vero, nil curante Alcibiade, ἀλλὰ τρυφῶντος, ἔδει τὸ τῆς ἀπολείψεως γράμμα παρὰ τῷ ἄρχοντι θέσθαι, μὴ δι᾽ ἑτέρων, ἀλλ᾽ αὐτὴν παροῦσαν. Ὡς οὖν παρῆν τοῦτο πράξουσα κατὰ τὸν νόμον, ἐπεξελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ συναρπάσας αὐτὴν, ἀπῆλθε δι᾽ ἀγορᾶς οἴκαδε κομίζων, μηδενὸς ἐναντιωθῆναι, μηδ᾽ ἀφελέσθαι τολμήσαντος. Ἔμεινε μέντοι παρ᾽ αὐτῷ μέχρι τελευτῆς (2). Haec autem vis, addit Plutarchus, non videbatur contra legem neque inhumana. Etenim lex videtur hanc ob causam ipsam, quae divortium facere cupit, in publicum protrahere, ut ita

---

tur sententia, quam de divortio Atheniensium professus est *Otto*. Ab *Heffero* autem l. l. et pag 193 sqq. peculiaria quaedam indicantur circa divortium, quod maritus facit cum uxore ἐπικλήρῳ. (1) De formulis hac in re usitatis Vidd. auctt. citt. apud *Meier* et *Schömann*. l. l. p. 414. not. 6. (2) *Plutarch*. Alcib. Cap. 8. *Andocides*, *Reisk*. p. 118.

marito opportunitas detur eam retinendi atque placandi. Quod certe, si legislatoris fuerit consilium, quod non credimus, ἀπάνθρωπος haec est dicenda atque iniqua ratio, quae nihil simile in viris divortium facientibus statuit (1).

Divortium porro, mutuo consensu factum, cujus plurima occurrunt exempla, sine ulla solenni separationis forma obtinuisse videtur (2). Cum uxore autem adultera divortium facere marito necesse erat, adultero damnato (3).

---

(1) Cf. *Diodor. Sic.* XII, 18, de lege Charondae Thuriis lata, qua interdicebatur conjugi, qui vel quae divortium fecerat, nuptias inire cum eo, qui junior esset priore conjuge. (2) Vid. e. g. *Plutarch.* Pericl. 24 ibique Intt. Cf. *Platner*, der Process und die Klagen, V. II, p. 270. (3) *Demosthen.* p. 1374: *νόμος μοιχείας· ἐπειδὰν δὲ ἕλῃ τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί.* Quae in hac lege dicuntur esse *ἱερὰ δημοτελῆ* nobis suppeditant quaestionem, num, divortio facto inter virum et uxorem, maritus non debuerit aliquam observare solennitatem in phratria, in quam, celebratis nuptiis, sacrorum ritu inducta erat femina, ad illud juris divini consortium dissolvendum, quod ea inductione ortum erat. Verosimile hoc videtur, licet probatione deficiamur. Cf. *Platner*: Beitr. p. 152 sqq. — Quae de divortiis et matrimoniis dirimendis *Plato* de Legg. XI, p. 930. VI, p. 784 constituit, ita ut adeo muliebrium magistratuum in his rebus cognitionem quandam esse vellet, ea ab Attico jure, quod maritis quando vellent uxores repudiare permisit, prorsus aliena esse, docuit etiam *Hermann*, Iuris dom. et famil. comp. p. 14, 15.

§ 3.

Maritalis in uxorem potestas.

Summa in aedibus potestas, jus κυρίου, penes virum tantum esse potuit Athenis, cum uxores, sicut liberi in patria potestate versantes, non ultra medimnum se obligare jure possent (1). Quod jus proxime cum ipsius civis pleno cohaerebat jure, quatenus hoc demum inductione in phratrias acquirebatur, unde nec δημοποιητοί illo gaudebant (2), qui magis limitatam in uxo-

---

(1) *Aristoph.* Eccles. 1017 ibique Schol. *Isaeus*, p. 259. *Harpocrat.* *Suid.* et *Phot.* v. ὅτι παιδὶ καὶ γυν. De contractibus mulierum Atticarum scripsit atque legem Solonis a *Petito* de ultimis voluntatibus male acceptam, p. 577, rectius interpretatus est *Merillius* L. V, observ. Cap. I. Cf. Animadversion. de Scriptoribus Iuris Attici, Specimen alterum, praeside Ch. G. *Richtero* ad disput. propos. Ch. G. *Weberus*, anno 1790, edit. alt. p. 128. (2) *Demosthen.* p. 1133: ὁ τοίνυν πατὴρ ἡμῶν ἐπεποίητο ὑπὸ τοῦ δήμου πολίτης, (ὥστε οὐδὲ κατὰ τοῦτο ἐξῆν αὐτῷ διαθέσθαι διαθήκην· ἄλλως τε καὶ περὶ τῆς γυναικὸς, ἧς οὐδὲ κύριος ἐκ τῶν νόμων ἦν). Cff. tamen, quae de hac memorabili lege dicit *Meier*, de bonis damnator. p. 60: »Hoc loco nolo praeterire legem, qua cavebatur, qui populi donatione cives facti essent, ne etiamsi legitimos liberos non haberent, testamenti faciendi potestatem haberent. Sed haec lex tota (?) ficta est ab Apollodoro, qui, quod legislator de filiis adoptatis ποιητοῖς jusserat, quibus illam non datam fuisse potestatem aliunde (*Bunsen* p. 58 sqq.) constat, callide ad cives novos qui et ipsi ποιητοὶ vocantur, transtulit, quod hoc e re sua erat, atque ita Apollodorus legem non corrum-

rem habuisse potestatem videntur. In omnibus igitur, ubi uxor jure se obligare vellet, mariti utpote κυρίου, auctoritas accedere debebat: in omnibus actionibus, quae cum pro illa, tum contra illam instituebantur, ipsius personam sustinere debebat, unde si lis intentaretur uxori, praeco clamabat: ἡ δεῖνα καὶ ὁ κύριος (1). Quae potestas maritalis Attica comparari omnino cum *manu* Romana posse videtur, quamvis posset videri potius *tutela* appellanda, cum κύριος diceretur maritus uxorem in potestate habens, κύριος etiam tutor, qualem femina quaevis non nupta habere debebat. Erat autem tutela sexus Attica universe vis et potestas multó major, quam tutela sexus Romana; a qua tutela, cum Romae nonnullae feminae, ut quae jus trium liberorum habebant, virgines Vestales, aliae, liberae essent, Athenis nulla fuisse videtur exceptio (2). Quam late autem *maritalis* potestas in uxores apud Athenienses pateret, vel inde perspicuum, quod maritus uxorem vel per actum inter vivos, vel per testamentum alii despondere poterat, nulla ipsius uxoris ratione habita (3); cum praeterea in adulterio deprehensam im-

---

pendo, sed mala fraude interpretando judicibus imposuit."
(1) *Aristoph.* Equit. 964 et Schol. ad h. l. *Suid.* v. Σμικύθης. Cf. *Heins.* ad *Hesiod.* Opp. et Dies vs. 406. Plura hac de re jam supra diximus. (2) *Meier* et *Schömann*, l. l. p. 455. (3) Aliter tamen aliquomodo sentit *Heffter*, p. 73. Cff. ceteroquin *Demosthen.* p. 814, 946, 953. *Sopater* apud *Meursium*, Them. Att. I, 7: κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς

pune interficere liceret, qua de re infra pluribus videbimus.

Tamquam peculiare porro patris prae matre jus memoratur nomen infanti vel dandi vel dati immutandi, quod apud Athenienses festi solennitate praesentibus cognatis decimo fere die fieri solebat, et interdum inter documenta legitimae nativitatis afferebatur (1).

Haec autem mariti in uxorem potestas acquirebatur ipsa inductione uxoris in mariti phratriam solenni sacrorum ritu, qui propterea, ut jam supra diximus, cum confarreatione Romana conferri potest, per quam uxor Romana in manum mariti conveniebat (2). Est

---

νόμους ἐξῆν τοῖς ἀνδράσι τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἑτέροις ἐσχομίζειν. Simile quid apud Romanos obtinuit, vid. e. g. *Strabo*, XI, 9, 1, ubi postquam de Tapyris narravit, lege apud eos receptum esse, ut uxores suas aliis viris elocent, cum ipsi ex iis duos aut tres sustulerunt liberos, ita etiam Catonem Hortensio roganti Marciam suam tradidisse addit, secutum veterem Romanorum morem. Cff. *Plutarch.* Cato min. Cap. 25. Compar. inter Lycurg. et Num. 3. *Dio Cassius* XVIII, 44, de Livia et Augusto. — Cf. de iniqua *Tertulliani* et *Salviani* Socratis et Catonis hac in causa reprehensione, *Lazac*, Lectt. Att. p. 302 sq. — Ceterum de jure mariti uxorem alii despondendi nonnulli etiam verba ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ apud *Demosthen.* p. 1134 intellexerunt, quod falsum esse docuerunt cum *Reiskio* etiam *Platner*, p. 118, et *Heffter*, p. 73. *Platnerus* vero ipse, ut p. 71, not. 1, retuli, sententiam suam retractavit, atque aliam professus est *Hermann*, de qua infra dicendum erit.

(1) *Harpocrat.* et *Suid.* v. ἑβδόμη. et Intt. ad *Demosth.* p. 1000, 1006. *Petitus*, p. 220. (2) Cf. supra, p. 69, ibi.

saltem nulli dubio obnoxium, uxorem Atticam simul in phratriam mariti, et in ejus potestatem venisse, et si supra diximus, feminas eorum jurium participes fieri potuisse, quae a receptione in phratrias, non vero eorum, quae a receptione in curias pendebant, illud in nuptiarum jure maxime passivum, quem dicere solent, effectum habuit, sicut etiam puellarum recens natarum inductio in phratrias eum effectum habuit, ut patris potestati subjicerentur, qua de re sequenti paragrapho dicetur.

§ 4.

Patria in filias potestas.

Patria potestas etiamsi antiquissimis temporibus tanta fuerit, ut nullis fere limitibus esset circumscripta, et patri licuerit filias exponere, vendere, crudelissimum in modum in eas saevire, atque adeo interficere, imprimis si virginitatem haud illibatam servassent (1);

---

que laud. *Meier*, de bonis damnat. p. 66. et *Heffter*, p. 72.

(1) Vid. e. g. *Aeschin.* p. 175, de antiquis Atheniensibus narrans: *οὕτω γὰρ ἦσαν πρὸς τὰς αἰσχύνας χαλεποὶ, καὶ περὶ πλείστου τῶν τέκνων τὴν σωφροσύνην ἐποιοῦντο, ὥστ᾽ ἀνὴρ εἷς τῶν πολιτῶν εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα διεφθαρμένην, καὶ τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξασαν μέχρι γάμου, ἐγκατῳκοδόμησεν αὐτὴν μεθ᾽ ἵππου εἰς ἔρημον οἰκίαν, ὑφ᾽ οὗ προδήλως ἔμελλεν ἀπολεῖσθαι διὰ λιμὸν συγκαθειργμένη· καὶ*

per humanam tamen Solonis legislationem magis fuit limitata, ita ut ipsa etiam puerorum expositio interdicta fuisse videatur (1). Quae enim apud Comicos Latinos imprimis, Plautum atque Terentium, hujus expositionis crebra occurrunt exempla, minime contrarium evincunt, tum quod saepe aliena Graecis immiscuerunt, tum quia ipsae hae expositiones fere clam a feminis, insciis aliis, ut etiamnunc fieri solet, peraguntur. Nec magis jus vitae ac necis, secundum quod ipsi matri licuisset *κατὰ τὸν τῶν ἀκρίτων νόμον*, teste Sopatro, liberos interficere, habuisse videntur. Posteriorum enim Rhetorum testimonia (2), quibus haec unice nituntur, non magnopere rem probare possunt, quippe quibus in legibus imprimis dijudicandis non multum auctoritatis est tribuendum. Vetuit potius disertis verbis Solon, nec sorores nec filias vendere, nisi quam virginem cum viro veneream consuetudinem habentem deprehenderit (3). Nec videtur pater liberos, quos vel justis nuptiis vel etiam ex concubina procreasset, abnegare potuisse, simulatque mater ipsum patrem esse demonstrasset (4).

ἔτι καὶ νῦν τῆς οἰκίας ταύτης ἕστηκε τὰ οἰκόπεδα ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἄστει, καὶ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται παρ' ἵππον καὶ κόρην. Cf. *Suid.* v. Πάριππον καὶ κόρη. *Plutarch.* Solon. 13 et 23.
(1) De lege, qua Thebis vetita erat liberorum expositio, vid. *Aelian.* V. H. II, 7, ibique Intt. (2) Vid. *Meurs.* Themis Att. I, 2. (3) *Plutarch*, Sol. Cap. 23. Antea autem hoc licuit, Vid. Cap. 13. (4) Vidd. auctt. laudd. apud

Ad jura autem patriae potestatis in liberos pertinet ἀποκήρυξις, qua eos propter scelus ejicere potuit pater, ita ut liberorum jura amitterent, qua de re Archon audiendus fuisse videtur, multa tamen incerta remanserunt propter auctorum antiquorum vel silentium vel diversas plane sententias. (1).

Aliud, de quo magis constat, erat jus filiam despondendi et maritum ei dandi, de quo jam § 1 vidimus (2), quodque etiam testamento exercere potuit pater (3) tamquam ipsius κύριος donec in paterna versabatur domo. Patria potestas in filias ceteroquin non uti potestas in filios inde ab eorum pubertate et inscriptione in ληξιαρχικὸν γραμματεῖον extinguebatur (4). Filiae adeo, ut supra dictum est, in hunc indicem nunquam referebantur, quamquam in φρατορικὸν γραμ-

Meier et *Schömann*, p. 428 sq. (1) *Demosth.* p. 1006. *Hesych.* et *Suid.* v. ἀποκήρυξις. Cf. *Meier* et *Schömann*, p. 432 sq. et auctt. ibi laudd. Illud jus patris etiam ex *Platone*, de Legg. XI, p. 928 effici posse, tamquam jus Athenis constitutum, putat *Hermann*, juris dom. et fam. comp. p. 15, ubi etiam, laudato suo opere: Lehrbuch der griech. Staatsalt. § 122. contendit, nullam de hac re magistratuum cognitionem fuisse. (2) *Plato*, quamquam et ipse statuit necessitatem puellas aliena auctoritate despondendi, atque hac in causa fere eundem ordinem secutus est, qui Athenis obtinuit, matrem tamen maternosque cognatos adjungendo feminini generis aequalitatem quodammodo restituit, ut recte observat *Hermann*, p. 9. Cf. *Plato*, de Legg. VI, p. 774. E. (3) *Demosth.* p. 840. (4) Cf. *Meier* et *Schömann*, p. 431.

φατρέων sicut filii adscribebantur (1). Si pater filiae inscriptionem neglexit, eam quasi νόθην καὶ ἄκληρον constituit. Cum igitur talis puella neque ἐπίκληρος neque ἐπίδικος esse posset, et νόθοι fere ut ξένοι universe haberentur, pater sane nec patriam potestatem plenam in eam filiam habere potuit, quam in phratriam referre neglexerat (2).

§ 5.

Adoptio.

Adoptio, ποίησις, θέσις (εἰσποίησις ratione adoptantis, et ratione patris naturalis ἐκποίησις) non alia de causa atque jure Romano frequens in usu erat apud Athenienses (3), etiamsi filiae adessent, quarum tunc

---

(1) *Plato* ipse, qui tamen in multis feminarum conditionem eandem cum maribus esse voluit, quod maribus tribuerat, ut uno eodemque aetatis anno tricesimo et sui juris fierent et matrimonii ineundi potestatem acciperent, hoc certe in mulieres transferre non poterat, quas cum maritari quidem inter decimum sextum et vicesimum aetatis annum vellet, negotiorum gerendorum auctoritatem quadragenariis demum permisit, ut ait *Hermann*, l. l. p. 9 et Lehrbuch, § 119. (2) Cf. *Platner*, Beitr. p. 112 sqq. *Isaeus*, p. 61, 62. (3) »Es ist bekannt, mit welcher angelegentlichen Sorge man im Alterthum auf die Erhaltung und Fortdauer der Familien bedacht war, und welchen Werth man auf Nachkommen legte. Man betrachtete sie als einen Segen der Götter, als ein Pfand ihrer Gunst, und Kinderlosigkeit, oder den Verlust derselben, als eine

filius adoptivus mortuo patre non minus quam frater earum naturalis κύριος fiebat (1), imo interdum ut adoptatus alteram filiarum uxorem duceret, conditio ponebatur (2), et licuit testamento nepotem ex relicta ἐπικλήρῳ tamquam filium atque ex asse heredem adoptare (3). Si autem testamento alium quis adoptare vel-

göttliche Strafe. Wie man in allen von der Natur gegründeten Verhältnissen des menschlichen Lebens Wirksamkeit einer überweltlichen Macht erblickte, so legte man auch in dieses zur Erhaltung des Menschengeschlechts wesentliche Verhältniss der Geschlechtsvereinigung und Fortpflanzung eine religiöse Bedeutung. Man sah in jedem Kinde, und namentlich in jedem Sohne, eine Verstärkung der physischen und moralischen Kraft, einen Beistand, Helfer und Bundesgenossen in allen Bestrebungen und Unternehmungen sowohl, als in Bestehung aller Mühseligkeiten, Bedrängnisse und Gefahren, welche das Schicksal über den Menschen verhängen mag. Da ferner kein erleuchteter Glaube den Tod verklärte, und ihn als eine Vermittelung einer höhern Lebensentwickelung darstellte, sondern im Alterthum die Kraft und Bedeuting des Lebens in das irdische Daseijn gesetzt, und der Zustand nach dem Tode nur als ein blosses Schattenbild des frühern betrachtet wurde, so musste die Erhaltung des Namens und Andenkens durch die Nachgelassenen von besonderem Gewicht seijn...., von diesem Standpunct wird es erklärlich, warum die Adoptionen im Alterthum so häufig und von solcher Bedeuting waren" etc. *Platner*, Beitr. p. 133 sqq. Cff. *Herodot.* VI, 86. *Pindar.* Olymp. XI, 86 sq. ibique *Dissen.* *Müller*, die Dorier, II, p. 192. (1) *Isaeus*, p. 156. (2) *Demosthen.* p. 1028. *Platner*, p. 137, in nota observat, de necessitate tale matrimonium ineundi, nihil memoriae proditum reperiri. (3) *Isaeus*, p. 61.

let, legitimas ipse habens filias, id facere non licuit, nisi ea imposita conditione, ut adoptatus simul filiam duceret, quod disertis verbis testatur Isaeus (1): *οὐκοῦν μετὰ τῶν θυγατέρων ἔστι δοῦναι καὶ διαθέσθαι τὰ αὑτοῦ. ἄνευ δὲ τῶν γνησίων* (2) *θυγατέρων οὐχ οἷόντε, οὔτε δοῦναι οὐδενὶ· οὐδὲν τῶν ἑαυτοῦ. οὐκοῦν εἰ μὲν ἄνευ τῆς γνησίας θυγατρὸς τὸν Ἔνδιον Πύῤῥος ἐποιεῖτο υἱὸν αὑτῷ, ἄκυρος ἂν ἦν αὐτοῦ ἡ ποίησις κατὰ τὸν νόμον· εἰ δὲ τὴν θυγατέρα ἐδίδου, καὶ ἐπὶ τούτῳ ποιησάμενος κατέλιπε, πῶς ἂν ὑμεῖς ἐπετρέψατε ἐπιδικάζεσθαι; κ. τ. λ.* (3)

---

(1) *Isaeus*, p. 58. Cf. *Platner*, Beitr. p. 135 sq. (2) Vox *γνήσιος* opposita voci *ποίητος*, cum ad cives tum ad liberos designandos usitata, non potest in utraque necessitudine eadem voce reddi, quamquam altera necessitudo cum altera nunnunquam confertur, quod a Demosthene factum esse supra vidimus. Cf. etiam verba legis apud *Demosth.* p. 1134: *ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι, ἢ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους.* Quem igitur *γνήσιον* dicebant Athenienses, eum civem natum, genere civem appellare possumus; in liberis autem potius legitimi voce utendum esse videtur, sive etiam naturalis vox adhiberi potest, quam Romani quoque modo legitimi, modo adoptativi oppositione usurpabant. Cf. *Demosth.* p. 1095: *καὶ ὁ νόμος ταῦτα μαρτυρεῖ λέγων, ἣν ἂν ἐγγυήσῃ πατὴρ ἢ ἀδελφὸς ἢ πάππος, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους.* (3) *Platner*, p. 137 in nota animadvertit, hanc dispositionem fuisse consecutionem principii, secundum quod in successione ab intestato is tantum hereditatis petitionem instituere poterat, qui filiam hereditariam, *ἐπίκληρον*, duceret uxorem. Cf. supra p. 73, not. 3. Verba: *κληροῦν δὲ τὸν κλῆρον καὶ ἐπίκληρον* parum intellecta habuit *Pratejus*, Jurispr. Vetus. in *Everh. Otto-*

Ita lex filiabus adoptantis prospexit, prospexit item, humana prorsus ratione, matri adoptati; nam quamvis ceteroquin arctissimo vinculo cum adoptantis familia conjungeretur adoptatus, in ejus Phratores inscriberetur et ex tota patris naturalis ἀγχιστείᾳ omnino egrederetur (1), vinculum tamen cum matre naturali irruptum mansit, nec ejus ratione habebatur ab alio adoptatus (2).

Adoptare tantum licuit iis, quibus et testari erat permissum, ita ut feminis esset interdictum (3). Feminas autem nec testari nec adoptare potuisse, ex eo ipso facile explicari potest, quod nullae erant feminae κύριον non habentes, et in jure hereditario, ipsis filiis legitimis deficientibus, filiae legitimae proprie pro heredibus non habebantur, sed quasi cum ipsa hereditate a collateralibus per ἐπιδικασίαν acquirendae considerabantur (4). Praeterea cum liberi adoptivi in lo-

---

nis Thes. Jur. Vol. IV, p. 406, ubi haec ita explicantur: »Si controvertant inter se filius filiaque heredes id sorte finiendum lex jubet!" (1) *Isaeus*, p. 256. Cf. *Platner*, l. l. (2) *Isaeus*, p. 177: μητρὸς δ' οὐδείς ἐστιν ἐκποίητος, ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχει τὴν αὐτὴν εἶναι μητέρα κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένει τις οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθείη. (3) *Bunsen*, de jure heredit. Athen. p. 55 sq. Ibidem etiam dicitur de facultate testandi impuberibus, et p. 58, quod supra, p. 84, not. 2, jam monuimus, de ea facultate ipsis adoptatis denegata. (4) Cf. nota 3, ad p. 73, *Platner*, p. 136 not. *Heffter*, p. 384, et laudata ibi antiqua legum verba: κληροῦν τοῦ κλήρου ἢ τῆς ἐπικλήρου.

cum naturalium sive legitimorum succederent, jura cognationis, quae hi per adoptionem acquirebant, eodem modo quo hoc circa legitimos obtinuit, demum per inscriptionem in phratrias effectum sortiebantur (1): hanc vero inscriptionem nemo nisi pater curare poterat (2), et universe, quod uberius Capite primo est expositum, feminae quamvis phratriis adscriberentur, jura cum phratriarum consortio cohaerentia ea non habebant, quae activa dici solent more loquendi hodierno.

Nec adoptari universe ex toto adoptionis proposito nisi filii potuerunt; quod si et filias interdum adoptatas videmus, ἐπίκληροι cum omnibus harum juribus videntur factae (3).

§ 6.

De Tutela.

Jure Attico feminae in perpetua erant tutela: duo enim hoc jure constituta erant tutelae genera, altera in favorem impuberum orborum, ἐπιτροπή, ἐπιτροπία

(1) *Platner*, p. 136, 137. Ibidem quoque dicitur de reditu in familiam nativam licito liberis adoptivis, si ipsi legitime procreatos liberos in familia patris adoptivi relinquerent. Cf. *Petitus*, p. 217. (2) *Platner*, p. 111, 133, 135 sqq. (3) *Isaeus*, p. 274, 292. Cf. *Meier* et *Schömann*, p. 439. *Petitus*, p, 216 sq.

dicta, altera nullo peculiari nomine insignita, sed peculiariter feminarum causa instituta, latius quam tutela sexus jure Romano patuit, ut paucis jum supra monuimus (1). Quamdiu puella vivo patre in paternis versabatur aedibus, hic ejus erat *κύριος* et patriam, quam vidimus in eam exercebat potestatem: quo mortuo vel tutor a patre testamento institutus (2), vel ab Archonte datus (3) pupillorum itemque pupillarum curam

---

(1) Universe tutela Jure Attico minus *vis et potestas* in capite libero et homine sui juris, ea mente qua de Tutela dicebant Romani, arg. L. 1. D. *de tutel.* pr. I. *de his qui sui vel alieni juris sunt*, et pr. § 1 sqq. I. *de tutelis*, quam *potestas patriae similis* erat. Neque Graecis probabile visum est, quod de tutela feminarum dicit *Gajus*, Com. I, 157, 171 sqq. 190: »Feminas perfectae aetatis in tutela esse, fere nulla pretiosa ratio suasisse videtur, nam quae vulgo creditur, quia levitate animi plerumque decipiuntur, et aequum erat, eas tutorum auctoritate regi, magis speciosa videtur quam vera: mulieres enim quae perfectae aetatis sunt, ipsae sibi negotia tractant et in quibusdam causis dicis gratia tutor interponit auctoritatem.'' Cf. *Ulpianus*. Fragm. Tit. XI, passim. *Platner*, der Process. etc. II, p. 273 sqq. (2) *Demosthen.* contra Aphobum, passim. Cf. *Plato*, de Legg. p. 924 A. (3) *Pollux*, VIII, 89. De cautione, legibus statuta, ne liceret ei esse tutori, qui mortuo pupillo proximus esset heres, neque licere tutori pupilli matrem ducere, vid. *Diogenes Laërt.* I, 56, quocum pugnat *Demosthen.* p. 814. Argument. ad *Isaeum*, de Aristarchi heredit. p. 253: *μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ἀριστάρχου, Ἀριστομένης ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ καὶ κατὰ νόμον ἐπίτροπος τῶν τοῦ ἀδελφοῦ γινόμενος παίδων.* Cff. *Meier* et *Schömann*, p. 446. *Meurs.* Them. Att. II, 10. *Petitus*,

gerere debebat. Quae cura aeque ad personam i. e. educationem atque institutionem pupilli pupillaeve (1), quam ad administranda eorum bona pertinebat, quo sensu *κύριος* pupillorum dicebatur (2), et in omnibus

---

p. 591, et *Heijne*, opusc. Acad. p. 117, ubi etiam lex Charondae laudatur ex *Diod. Sicul.* XII, 15: τῶν μὲν ὀρφανικῶν χρημάτων ἐπιτροπεύειν ἀγχιστεῖς τοὺς ἀπὸ πατρὸς, τρέφεσθαι δὲ τοὺς ὀρφανοὺς παρὰ τοῖς συγγενέσι τοῖς ἀπὸ μητρός. Simile quid fere locum habuisse videtur apud Athenienses, ex *Isaei* oratione de Cleonymi Hered. p. 2-8. Dicitur enim ibi in orationis exordio, p. 2: Κλεώνυμος ζῶν μὲν ἡμῖν κατέλιπε τὴν οὐσίαν, ἀποθανὼν δὲ κινδυνεύειν περὶ αὐτῆς πεποίηκε. καὶ τότε μὲν οὕτως ὑπ' αὐτοῦ σωφρόνως ἐπαιδευόμεθα, ὥστ' οὐδὲ ἀκροασόμενοι οὐδέποτε ἤλθομεν ἐπὶ δικαστήριον. Erant igitur filii, de quibus agitur, apud Cleonymum educati, post patris sui mortem, ut videtur. Pag. 3. vero dicitur: Δεινίας γὰρ, ὁ τοῦ πατρὸς ἀδελφὸς, ἐπετρόπευσεν ἡμᾶς, θεῖος ὢν, ὀρφανοὺς ὄντας, quod itidem post patris ipsorum mortem obtinuisse videtur. (1) Vid. e. g. *Plato*, Alcibiad. I, Cap. 37. Cf. ea, quae praecedente nota diximus. (2) Cf. *Isaeus*, p. 7 coll. cum. p. 6. Δεινίας ὁ τοῦ πατρὸς ἀδελφὸς, ἐπετρόπευσεν ἡμᾶς, θεῖος ὢν ὀρφανοὺς ὄντας: et paulo post: Κλεώνυμος.... ὁρῶν δὲ ἡμᾶς ἐπιτροπευομένους ὑπὸ Δεινίου, καὶ δεδιὼς, μὴ τελευτήσειεν αὐτὸς ἔτι παῖδας ἡμᾶς καταλιπὼν, καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἡμετέρας οὔσης γένοιτο κύριος Δεινίας κ. τ. λ. Ibidem tamen vox κύριος peculiari sensu sumi videtur, sicut in iis quae sequuntur; ἡγεῖτο γὰρ δεινὸν εἶναι, τὸν ἔχθιστον τῶν οἰκείων ἐπίτροπον καὶ κύριον τῶν αὐτοῦ καταλιπεῖν. Cf. etiam *Demosthen.* p. 866, loc. laud. in not. 3, ad pag. 98, Ceterum κυρίου nomen ἐπιτρόπῳ quoque convenire, quatenus parentis loco et potestate sit, monet *Hermann*, Jur. dom. comp. p. 10 nota, idque ex ejus sententia et aliis locis probatur, quae

eorum quasi personam sustinebat (1). Quorum om-

---

congessit *Schmeisser*, de re tutelari Athen. p. 11, et insigni *Aeschinis* adv. Timarch. πατὴρ ἢ ἀδελφὸς ἢ θεῖος, ἢ ἐπίτροπος ἢ ὅλως τῶν κυρίων τις. p. 39. *Reiskii*. Hac ex causa quoque ille ad verba legis apud *Demosthen*. p. 1134 (de quo loco jam nonnulla supra diximus ad p. 78, not. 3,) ἐὰν δὲ μὴ ᾖ (sc. ἐπίκληρος) ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ, τοῦτον κύριον εἶναι, animadvertit: »nego vel ἐπιτρέπειν despondendi vim habere, vel κύριον nunc, quum non de ducenda, sed de despondenda puella agatur, maritum potius quam tutorem significare.“ His dictis, quibus facile assentiri possumus, refutantur etiam ea, quae de illo loco affert *Heffter*, op. laud. p. 73. Quae tamen ab hoc ICto de vocis κύριος significatione dicuntur, in legis laudatae parte priori: ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι, ἢ πατήρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους, ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ τούτων, ἐὰν μὲν ἐπίκληρός τις ᾖ, τὸν κύριον ἔχειν, id universe probandum est, quamquam fortasse minus accurata sit ultimorum verborum versio: »ist sie eine Erbtochter, so kommt sie in die Hand desjenigen, den sie vermöge der Gesetze heirathen muss.“ Cum enim universe hic de jure despondendi sermo sit, quaeri potest, an non aptius loco ἔχειν legendum sit ἐγγυᾶν, ita ut sententia legis haec esse videatur: » Si nemo est illarum personarum, jus despondendi τὴν ἐπίκληρον, i. e. hereditariam filiam jam nubilem, pertinet ad eum, qui tamquam κύριος eam cum hereditate quasi vindicandi jus habet, si scilicet hoc jure uti nolit.“ Respiciens legis partem posteriorem, in qua illa vox ἐπιτρέψῃ legitur, *Hermannus*, l. l. p. 10 observat: »non dubitari potest, quin Athenis quoque patre atque avo fratribusque mortuis, puella in ejus potissimum potestate fuerit, cujus tutelae ab eo, qui novissime decesserat, commissa esset.“ Hinc etiam putat, Soloneam legem in hac parte, qua tutorum mentio

nium, ut recte ea fierent, ad Archontem Eponymum summa pertinebat cura (2), quare tutoris quoque cuncta bona tamquam *ἀποτίμημα* pro recta administratione erant obligata (3). Quodsi plures adessent tu-

---

miro dicendi genere obscurata sit, illustrari posse ex loco Platonis, in quo ceteroquin nonnulla aliter ac in illa lege constituta sunt, his verbis: *ἐγγύην δ' εἶναι κυρίαν πατρὸς μὲν πρῶτον, δευτέραν πάππου, τρίτην δὲ ἀδελφῶν ὁμοπατρίων· ἐὰν δὲ μηδὲ εἷς ᾖ τούτων, τὴν πρὸς μητρὸς μετὰ τοῦτο εἶναι κυρίαν ὡσαύτως· ἐὰν δ' ἄρα τύχη τις ἀήθης συμβαίνῃ, τοὺς ἐγγύτατα γένους ἀεὶ κυρίους εἶναι μετὰ τῶν ἐπιτρόπων.* Cf. omnino, quae p. 78, not. 3, diximus. Notanda etiam sunt, quae apud *Demosthen.* legis illius verborum obscuritate celebrata verba praecedunt: *σκέψασθε τοίνυν καὶ τοὺς νόμους, παρ' ὧν κελεύουσι τὰς ἐ γ γ ύ α ς ποιεῖσθαι*, et quae sequuntur: *οὗτος μὲν τοίνυν ὁ νόμος οὓς ἐποίησε κ ύ ρ ι ο υ ς εἶναι, ἀκηκόατε.* (1) Tutor apud Romanos peculiari sensu personae dari dicebatur, quod auctoritate sua interposita imperfectam pupilli personam integrabat, simul vero etiam pupilli negotia tractabat et bona administrabat, quamquam in tutela feminarum tutores tantum auctoritatem interponebant, nec negotia gerebant. Jure Attico vero tutoris tam pupillorum quam feminarum potestas utriusque hujus rei ratione major vel alia erat, sive *ἐπίτροπος* ille, sive *κύριος* dicebatur. (2) *Harpocrat.* v. *ἀποτιμηταί.* *Demosthen.* p. 940, 1076. *νόμος· ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων, καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων, φάσκουσαι κυεῖν. τούτων ἐπιμελείσθω, καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν περὶ τούτους· ἐάν δέ τις ὑβρίζῃ, ἢ ποιῇ τι παράνομον, κύριος ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος.* Cf. *Demosth.* p. 865. (3) *Demosth.* p. 866 notatu digna sunt verba: *οὗτος γὰρ ἠβουλήθη μὲν Ἀφόβῳ*

tores, non singuli in solidum, sed pro rata tenebantur, uti vel ex Demosthenis contra tutores orationibus abunde patet.

Paucis autem hoc loco dicendum est de controversia Klenzium (1) inter et Hermannum (2) nuper orta de vocum κύριος atque ἐπίτροπος discrimine. In eo loco, quo ille legis Soloneae et doctrinae Platonicae de despondendis filiabus comparationem instituit, atque docuit, κυρίου nomen etiam ἐπιτρόπῳ convenire, haec addita leguntur: »neque minus *mulierum* quam *impuberum* esse potuisse ἐπιτρόπους, quod negat Klenze, Platonis locus clare ostendit, ut mittam Isaeum de Philoctem.'' Referamus autem primum ipsa Klenzii verba: » Im Attischen Recht muss der ἐπίτροπος, der die ganze Leitung eines Unmündigen hat, geschieden werden von dem κύριος, der bloss den rechtlichen Beistand bildet, etwa wie der römische Tutor. Bei Unmündigen ist der ἐπίτροπος zugleich κύριος, bei den Frauen ist ein blosser κύριος bei allen rechtlichen Geschäften über den Werth einer Medimme Regel. Dieses war der Vater oder Mann, in Ermanglung dessen

---

δοῦναι τὴν ἀδελφὴν, ὁρῶν τῆς τε αὐτοῦ πατρῴας οὐσίας, καὶ τῆς ἐμῆς οὐκ ὀλίγης, αὐτὸν κύριον γεγενημένον· προέσθαι δὲ τὴν προῖκ' οὐκ ἐπίστευσεν, ὥσπερ εἰ τὰ τῶν ἐπιτροπευόντων χρήματα ἀποτίμημα τοῖς ἐπιτροπευομένοις καθεστάναι νομίζων. (1) In Zeitschrift für Gesch. Rechtsw. I. 1. p. 8 sqq. (2) Juris dom. compar. p. 10, not. 25.

der nächste Verwandte der ἀγχιστεία, wie im Erbrecht. Vom ἐπίτροπος nahm man gewöhnlich an, der Magistrat habe ihn frei ernannt, und nach einem Solonischen Gesetz sogar mit Ausschluss der nächsten Erben; man hat aber neuerdings, theils nach dem innern Zusammenhang, theils nach den Zeugnissen auf das Zweifelhafte dieses Verbots aufmerksam gemacht, und der nächsten Verwandtschaft ein natürliches Recht vindicirt (1). Erst wenn ein Näherecht nach dem Grad der Erbberechtigten unmöglich geltend zu machen war, tritt die Magistratur als frei bestimmt auf."

Videntur vero non omnia hoc loco satis accurate esse dicta, atque, ut mittamus ea, de quibus jam sermo erat, procul dubio feminarum quoque ἐπίτροποι fuisse. Sed alia est quaestio, num feminae per omne tempus vitae ἐπιτρόπους habuerint? Hoc potius negandum esse, et ipse locus Isaei, ab Hermanno laudatus, aliquam differentiam indicare videtur (2). Distinguit saltem Isaeus

(1) Hic etiam secundum *Diodor. Sicul.* de L. Asellio, Siciliae Praetore, narratur: τῶν ἄλλων στρατηγῶν εἰωθότων διδόναι προστάτας τοῖς ὀρφανοῖς καὶ γυναιξὶν ἐρήμοις συγγενῶν, οὗτος ἑαυτὸν τούτων ἀνέδειξε φροντιστήν, atque hoc non de civibus Romanis intelligendum esse contenditur. Voce προστάτας tutores latiori sensu et impuberum et feminarum indicari, et universe illis verbis morem Graecum referri, eodem loco observatur. (2) Dicitur quidem, p. 128, *Reiskii*: τὸν Πιστόξενον....ἐν Σικελίᾳ ἔφασαν ἀποθανεῖν.... καταλιπόντα ταύτην τὴν θυγατέρα παρὰ τῷ Εὐκτήμονι ἐξ

in oratione de Philoctemonis hereditate inter feminam ἐπιτροπευομένην atque feminam ἐγγυηθεῖσαν κατὰ νόμον vel ἐπιδικασθεῖσαν, quod aliquomodo ex aetate aestimandum proposuit, unde munus ἐπιτρόπου magis ad tutelam imperfectae aetatis pertinuisse, dicendum esse videtur (1). Ceterum *imperfectae aetatis tutelam* quoque legitimam fuisse, atque cum *successione legitima* cohaesisse ita, ut eos, quibus ab intestato succedendi jus erat, *magistratus a tutela arcere non posset*, contendit Klenzius, ut ex verbis laudatis videri potest. Hujus tamen rei certum testimonium afferri nequit; neque Meierus et Schömannus, ad quos Klenzius provocat, prorsus idem dicunt (2).

ἐπιτροπευομένης δὲ τούτῳ γενέσθαι. Ex his verbis tamen non efficiendum est, feminam ἐπιτροπευομένην et simul eodem tempore ἐγγυηθεῖσαν κατὰ νόμον fuisse, ita ut de legitimis ejus liberis dici posset. Cf. ibid. p. 130: ὥστε οὔτ' ἐπιτροπεύεσθαι προσήκει τὴν Καλλίππην ἔτι, τριακοντοῦτίν γε οὖσαν, οὔτε ἀνέκδοτον καὶ ἄπαιδα εἶναι· ἀλλὰ πάνυ πάλαι συνοικεῖν, ἢ ἐγγυηθεῖσαν κατὰ νόμον, ἢ ἐπιδικασθεῖσαν. p. 131: ἀποδεῖξαι τοίνυν ἡμῶν κελευόντων, ὅστις οἶδε τῶν Εὐκτήμονος οἰκείων ἢ συνοικήσασαν ἐκείνῳ τινὰ Καλλίππην, ἢ ἐπιτροπευομένην, κ. τ. λ. p. 149: καὶ πότερον δεῖ τὴν ἀδελφὴν Φιλοκτήμονος, ἣ Χαιρέᾳ συνῴκησε, νῦν δὲ χηρεύει, ἐπὶ τούτοις γενέσθαι, ἢ ἐκδοῦναι ὅτῳ βούλωνται, ἢ ἐᾶν καταγηράσκειν, ἢ γνησίαν οὖσαν ὑφ' ὑμῶν ἐπιδικασθεῖσαν συνοικεῖν, ὅτῳ ἂν ὑμῖν δοκῇ. Nec ex hoc loco effici potest feminam, cui obtigerit, quod his exprimitur verbis: ἐᾶν καταγηράσκειν, appellatam adhuc fuisse ἐπιτροπευομένην. (1) Cf. loci laud. p. 102, not. 2. (2) Attisch. Process. p. 448.

Disinente autem in puellis imperfectae aetatis tutela (quod quo aetatis anno factum fuerit, non satis constat) proximi a latere patris agnati secundum ἀγχιστείαν Atticam, tutelam sexus habebant, et feminae adultae κύριοι erant, ita ut primum frater, tum avus cet. in censum venirent (1). Cum viro nupsisset, maritus legitimus ejus fiebat κύριος, prouti § 3 vidimus: in ἐπικλήρων autem causa hoc peculiare erat constitutum, ut cum filius ex iis procreatus, ἡβήσας ἐπὶ δίετες, ipse administraret atque acciperet avi hereditatem, κύριος matris fieret et alimenta huic praebere deberet (2).

Mulieris gravidae, a marito mortuo in aedibus viduae relictae, item curam gessit Archon Eponymos (3); quod si filius natus esset, durante minorennitate, ad duodevisesimum scilicet annum (4), hujus tutor etiam

(1) Habebat ea res cum jure despondendi adeoque cum jure quasi vindicandi filiam hereditariam et hinc cum jure succedendi ab intestato aliquam conjunctionem, quod pro parte jam in loco *Demosthenis*, p. 1134. explicando monitum est. Cf. *Bunsen*, l. l. p. 22 sq. et laud. ab eo *Demosth.* p. 1067. *Isaeus*, p. 270. Praeterea, quae *Hermann*, l. l. p. 29. 30 contra *Gansium* scripsit. (2) *Demosth.* p. 1135. *Suidas*, v. ἥβησ. *Harpocrat.* ἐπὶ διετὲς ἡβῆσαι. Cf. verba κρατεῖν τῶν χρημάτων· κυρίους τῆς μητρὸς εἶναι· τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί, cum verbis: κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων apud eund. *Demosth.* p. 1067. (3) *Demosth.* p. 1076. Cf. p. 98, not. 2, ubi lex citatur. (4) Vidd. de hoc anno *Meurs.* Lectt. Att. III, 24. *Meier* et *Schömann*, p. 452. *Wachsmuth*, Hellen. Alterh. I, 1, 252, et auctt. ibi laudd.

matris erat κύριος: cum autem majorennis esset factus, ipse matris tutelam suscepit (1). Si vero uxor non remaneret in mariti mortui aedibus, eadem rursus obtinuit tutela, ac si nunquam nupta fuisset (2).

(1) Cff. quae de Telemachi in matrem potestate in Prooemio Partis Literar. occurrunt, p. 5. (2) *Meier* et *Schömann*, p. 456.

CAPUT III.

De conditione feminarum in jure rerum.

§ 1.

Jus hereditarium.

Ubi primum apud aliquem populum privata rerum dominia distincta esse coeperunt, mox etiam jus hereditarium constitui solet. Fere nulla tamen in re major praeceptorum diversitas ex diversorum populorum legibus cernitur, et quamquam secundum plurimorum jura hereditates vel testamento vel ab intestato ipsa lege deferuntur, ne hoc quidem jus commune omnium populorum esse videtur. De populis Germanicis narrat Tacitus (1): »heredes successoresque sui cuique liberi et nullum testamentum: si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, patres, avunculi.".

(1) German. Cap. 20.

In Jure Attico vero successio tam testamentaria quam legitima obtinuit, sive, ut Justiniani (1) et Gaji (2) verbis utar, duplex erat hereditatum conditio, in utroque autem successionis genere plura erant peculiari omnino ratione constituta. Peculiaria imprimis ea erant, quae de filiarum hereditariarum successione constituta reperimus, nec inutile nobis videtur in ipso exordio hujus disquisitionis ea afferre, quae de hac re verissime, ni fallimur, animadvertit Bunsen (3): »filiarum hereditariarum successio ad totius successionis fundamentum, bona non singulorum esse, sed familiarum, nos deducit.“ Qua item notione nitebatur successio Juris Germanici in bona aviatica, salica, hereditaria, quae posteriori tempore Romano nomine fideicommissa familiarum appellari solebant.

Ceterum peculiaris juris hereditarii Atheniensium ratio summi est momenti ad totius Iuris Attici indolem rite perspiciendam, atque cum pluribus illud tam privati quam publici juris partibus arctissime cohaeret. Gravissimas vero et varias, quae de eo jure agitari possunt quaestiones, accuratius examinare non hujus est disquisitionis, quae feminarum maxime meliorem pejoremve respicit rationem, atque earum conditionem in hoc gravissimo quoque juris capite tantum non silentio praetermittere, sibi propositum habet.

---

(1) § 6. I. *per quas person. cuique acquir.* (2) Comm. II, § 99. (3) l. l. p. 100.

Universe autem jus Atticum non magnopere favere feminarum successioni, vel ex verbis legis apud Demosthenem patet, qua *κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀῤῥένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι, καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω* (1) tamquam generale ponitur principium, quod

(1) *Demosthen.* p. 1067, 1077, 1084, 1099. Cf. *Isaeus*, p. 173: *ὁ νόμος προτέροις τοῖς ἄῤῥεσι τῶν θηλειῶν τὴν ἀγχιστείαν πεποίηκε.* Nonnulla hac de re jam supra diximus ad p. 73, not. 3. Illa etiam verba, sicut verba *Isaei*, p. 270: *ὁ νόμος δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν*, sive *ποιεῖ τὴν ἀγχιστείαν*, p. 175, imprimis notatu digna sunt ad plura eorum confirmanda, quae circa *ἀγχιστείαν* supra attulimus Cap. I, p. 32 sq. Ea eandem vim ac potestatem habere, quam verba *ὁ νόμος ποιεῖ κύριόν τινα*, p. 271, dicit *Bunsen*, p. 14. Est autem his adjungendem, quod ex *Demosth.* p. 1135 et 1067 supra attulimus not. 2, ad p. 102, unde patet, inter vocem *κύριος* ipsam et vocem *κρατεῖν* tam in jure hereditario quam in jure Personarum esse aliquam necessitudinem. Neque est h. l. praetermittendum, quod dicit *Isaeus*, p. 270: *τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος γένος ἐστίν.* Ex hoc enim minus accurate dicta videntur, quae contendit *Bunsen*, p. 14, esse duplicem *ἀγχιστείαν*, alteram stirpis, sive liberorum, *ἐκ γένους*, alteram, qua illa excipiatur, cognatorum, *τῶν συγγενῶν.* Neque his, si prorsus accurate dicta essent, infirmari posset id, quod supra diximus, *ἀγχιστείαν* quoque aliquomodo inter *γεννητάς* atque *φράτορας* obtinuisse, quamquam certe dicere non possimus *αὐτοῖς ὁ νόμος πεποίηκε τὴν κληρονομίαν*, quod de *ἀγχιστείαν*, strictiori sensu habentibus, dicit *Isaeus*, p. 270, atque verba: *ὁ νόμος ποιεῖ τινὰ ἔξω ἀγχιστείας* apud *Isaeum*, p. 274, 286. itidem strictiori sensu adhibentur. De finibus *ἀγχιστείας* hoc sensu vid. etiam *Hermann*, Juris dom. compar. p. 25 sqq. Cf. *Demosth.* p. 1066: *οἷς γὰρ*

per totam dominatur successionem (1). Idem ex altera Solonis lege patet, ubi ea quae requiruntur ut testamentum valere jure possit, enumerantur: ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο (2), ὥστε μήτε ἀπειπεῖν, μήτ᾽ ἐπιδικασάσθαι, ὅπως ἂν εθέλη, ἂν μὴ παῖδες ωσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, η γήρως, ἢ Φαρμάκων (3), ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πει-

---

ὁ νομοθέτης δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν, καὶ τὴν κληρονομίαν, κ. τ. λ. (1) Etiam apud populos Germanicos circa res quasdam in jure successionis deterior erat conditio feminarum. Cf. Lex Sal. Tit. 62, § 6: » De terra *Salica* in muliorem nulla portio hereditatis transit, sed hoc virilis sexus acquirit." Lex Ripuar. tit. 56. § 4: » Sed cum virilis sexus exstiterit, femina in hereditatem *aviaticam* non succedat." Lex Anglorum et Werinorum. tit. 6 de *alodibus* inscripto: » *Hereditatem* defuncti filius non filia suscipiat. Si filium non habuit qui defunctus est, ad filiam pecunia et mancipia, terra vero ad proximum paternae generationis consanguineum pertinent." Cf. etiam *Justinianus* de Armeniorum successione in edictorum, *Henrico Agylaeo* interprete editorum tertio cap. 1: » barbaram quandam et insolentem et quae neque Romanos neque nostrae reipublicae justitiam deceat, apud ipsos esse legem didicimus, ut nempe masculi in parentum hereditatem succedant, feminae vero non." (2) Hanc vocem *Petitus*, p. 578. male reddit *cives adscripti*. Cf. *Bunsen*, p. 58 sqq. et quae ex *Meiero*, de bonis damnat, p. 80 supra attulimus, not. 2, ad p. 84. (3) » Veneficia a lege memorata ad pocula maxime amatoria spectare videntur, cui legi quod affine est, et additum in illa legitur, feminarum, maxime uxorum lenociniis capti, ab iisque persuasi testamentum esse corruptum, Solonem uti omnino testandi licentiae, ita feminarum minime successioni favisse indicat." *Bunsen*, l. l. p. 63.

θόμενος, ἢ ὑπὸ τῶν του παρανόμων, ἢ ὑπ' ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς (1).

Hisce igitur principiis totum succedendi jus convenit. Si pater intestatus esset mortuus, ἀγχιστεία, cognatio, jus succedendi dabat, inter certos fines et secundum certos ordines (2). Primum igitur vocabantur descendentes, γένος (3), ἔκγονοι, inter quos legitimi tan-

---

(1) *Demosth.* p. 1133. Cf. *Plutarch.* Sol. 21. *Demosthen.* p. 1183. *Plato* de Legg. XI, p. 928 D. ibique Intt. (2) Cf. *Hermann*, l. p. 24 sqq. Hoc loco Vir Cl. primum ea exponit, quae *Plato* circa successionem intestatorum in legibus suis peculiaria constituit, quibus p. 25. addit: »In reliquis manifesto communes succedendi leges ante oculos habuit, eaque in causa gratissimum nobis fecit, quod graduum ordinem in succedendo atque ἀγχιστείας fine, de quibus non inter nostrae aetatis modo Eruditos, verum etiam in ipso foro Attico acerrime disputatum esse novimus, aliquanto diligentius enarravit." In nota adjecit: Cf. Lehrbuch cit. § 121. nr. 3, inque primis *Isaeum*, de Hagniae heredit. cum *Demosthene* adversus Macartatum, quae causa tota in hac controversia versatur. Cf. etiam *C. de Boor*, über das Attische Erbrecht, Part. II, p. 128 sqq. Uebersicht des Inhalts der Rede gegen Makartatos, Untersuchung über die Zeit, und den Ausgang des Processes nebst Bemerkungen zu einzelnen Stellen. – Cf. *Gans*, p. 343, qui existimare videtur, legem de collateralium successione Atheniensibus ipsis perspicuam visam fuisse. (3) Vox haec ceteroquin diversas habet in jure Attico significationes: nonnunquam enim, qua de re etiam conferri potest supra not. 3, ad p. 73: et *Bunsen* ibi laud. p. 103 sqq. 131. γεννηταὶ eo nomine significabantur, fortasse etiam φυλαὶ antiquioris aetatis. Saltem a Platone et Aristotele tria γένη nominantur: φρατριῶν, τριττύων et ἐθνῶν, et τριτεύς voca-

tum numerabantur, νόθοι vero ne paternorum quidem bonorum heredes esse poterant atque extra omnem habebantur ἀγχιστείαν (1). Filii aequis portionibus hereditatem inter se dividebant (2), filiae vero dotem tantum a fratribus accipiebant (3). Quod si non adessent filii, sed tantum filiae, ἐπίκληροι dictae, hae atque per has earum mariti hereditatem adibant, qua de re, utpote arctissime cum ipsis conjuncta nuptiis, Cap. II, § 1, pluribus jam vidimus. Nec silentio est praetermittendum, natos ex filiabus hereditariis ipsos per matrem ad hereditatem pervenisse.

Omnes autem hi quos diximus heredes, simpliciter statim post mortem defuncti βαδίζειν εἰς τὰ πατρῷα sine ulla solennitate dicebantur (4). Quod si vi prohibe-

---

tur a Grammaticis posterioris aetatis τὸ τρίτον μέρος τῆς Φυλῆς, quod certe ad antiquiorem aetatem spectat, nec multum illa tria γένη commune habere videntur cum iis, qui γεννηταὶ dicuntur e. g. apud Demosthenem aut Isaeum. De aliis illius vocis significationibus inferius dicetur. (1) *Demosthen.* p. 1067: νόθου μηδὲ νόθης μὴ εἶναι ἀγχιστείαν μήτε ἱερῶν μήτε ὁσίων. Cf. *Isaeus*, p. 147. *Petitus*, p. 139 et 487 sq. Plura de illa lege supra jam dicta sunt. (2) *Isaeus*, p. 137: ἅπαντας τοὺς γνησίους ἰσομοίρους εἶναι τῶν πατρῴων. (3) *Harpocrat.* v. ἐπίδικος..... ἐπίπροικος δὲ ἡ ἐπὶ μέρει τινὶ τοῦ κλήρου, ὥστε προῖκα ἔχειν, ἀδελφῶν αὐτῇ ὄντων. — In Creta filiae dimidiam portionem filiorum ex hereditate accipiebant. *Ephorus* apud *Strabon.* X, 482. (4) *Isaeus*, p. 53. Cf. id. p. 51: ὅτῳ δὲ γόνῳ γεγόνασι γνήσιοι παῖδες, οὐδενὶ ἐπιδικάζεσθαι τῶν πατρῴων προσήκει...... ἀνεπίδικα ἔχουσι τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρῷα. *Bekker*, Anecdot. I, 183.

rentur, *ἐξούλης* actióni locus erat, cum praeterea, si heres esset minor aut femina, *κακώσεως* in impedientem actio daretur (1).

Post hos autem descendentes, qui in infinitum vocabuntur (2), *συγγένεια*, in bona succedebat, secundum diversos, ut videtur, ordines, de quibus tamen magna est interpretum controversia. Vox autem *συγγένεια* ipsa quam vim habeat atque potestatem, ambigitur. Primum indubitati juris esse videtur inter *γένος* atque *συγγένειαν* distingui. Directis enim verbis Isaeus (3) dicens de liberis ait: *γένος γὰρ, ἀλλ' οὐχὶ συγγένεια.* Num autem, ut saepius fieri solet, *συγγενείας* notio ad solos *collaterales* referenda sit, in dubium vocari non minus posse videtur, quam id, quod volunt plures Iuris Attici interpretes, *adscendentium* nullam fuisse in Iure Attico successionem. Effici hoc solet ex notissimo Isaei loco (4), qui his incipit verbis: *ὁ δὲ νόμος περὶ ἀδελφοῦ χρημάτων*, et nihil omnino de *adscendentibus* continet. Ex quo tamen silentio nihil effici potest, et universe non credendum est, praeter personas h. l. nominatas alias jus succedendi plane non habuisse. Causa, quae in illa oratione agitur, omnino

---

26: *ἀνεπίδικα, ὅσα τις κατέχει τοῦ τετελευτηκότος, ὡς πατρῷα καὶ παππῷα· τὰ γὰρ δικαζόμενα παρὰ τῶν συγγενῶν ἐπίδικα καλοῦσιν.* (1) *Meier* et *Schömann*, p. 460. (2) Aliter sentit *Bunsen:* quem tamen hac in re egregie refutavit *Gans*, p. 361 sqq. (3) Pag. 216. (4) Pag. 270.

circa jus collateralium versatur, unde explicari potest, non aliam laudari legem praeter eam, quae de collateralium jure agit, et fortasse ipsis verbis περὶ ἀδελφοῦ χρημάτων (1) hoc exprimere voluit Isaeus, velut etiam Demosthenes in alia causa legem laudans his verbis: ὅστις ἂν διαθέμενος ἀποθάνῃ κ. τ. λ. a *descendentium* quoque successione fere mentem avocat (2). Praeterea Isaeus ne omnium quidem collateralium, qui jus succedendi habebant, mentionem fecit. Ne verbo quidem ille de patruo dicit, unde etiam Gansio visum est, patruos Athenis, licet orbas sibi vindicare potuissent, hereditate tamen exclusos fuisse, quod vero falsum esse argumentis manifestissimis docuit Hermannus (3), imprimis ex ejusdem Isaei locis aliis.

Quod vero ad adscendentes attinet, sive ad parentes quos dicebant Romani latiori sensu (4), quorumque

(1) ἀδελφός non unice fratrem significat, verum etiam alios cognatos, fortasse imprimis eos, qui communem aliquem parentem sensu L. 51. D. de V. S. habentes, aliquomodo fratrum loco sibi esse videri possunt. Cf. L. 220. D. de V. S. (2) Cf. tamen verba: ἐὰν μὲν παῖδας καταλίπῃ θηλείας. Ceterum Cf. de h. l. *Gans*, p. 362 et universe p. 343 sqq. atque *Bunsen*, p. 22. (3) de Juris dom. comp. p. 30 sqq. Cff. laudati ibi loci ex orationibus de Cleonymi et Pyrrhi hereditate. (4) L. 41. D. de V. S. appellatione parentis non tantum pater, sed etiam avus, et proavus et deinceps omnes superiores continentur, sed et mater et avia et proavia. L. 220. D. ibid. Liberorum appellatione nepotes et pronepotes ceterique qui ex his descendunt, continentur, hos enim suorum appellatione Lex XII, Tabb. comprehendit.

in lege ab Isaeo in exordio orationis de Hagniae hereditate (1) nulla fit mentio, certissimum est, ipsam matrem jure Attico jus succedendi habuisse, et argumenta, quibus hanc sententiam a Bunsenio (2) acutissime defensam impugnare studuit Gansius (3), re accuratius examinata, nullius omnino momenti esse videntur. Primum enim ipse aliquomodo concedit (4), vim testimonii, quod in eadem illa Isaei oratione inest (5), ubi dicitur primum Hagniae frater uterinus Glauco hereditatis petendae jus habere, atque *εἰ μὴ ἐβούλετο οὗτος, ἡ Ἁγνίου κἀκείνου μήτηρ, προσῆκον καὶ αὐτῇ τῆς ἀγχιστείας τοῦ αὐτῆς υἱέος κ. τ. λ.* Quod autem

---

(1) Pag. 270, quem locum integrum hic afferre liceat: *ὁ νόμος περὶ ἀδελφοῦ χρημάτων, πρῶτον ἀδελφοῖς τε καὶ ἀδελφιδοῖς πεποίηκε τὴν κληρονομίαν, ἂν ὦσιν ὁμοπάτορες. τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος γένος ἐστίν. ἐὰν δ' οὗτοι μὴ ὦσι, δεύτερον ἀδελφὰς ὁμοπατρίας καλεῖ καὶ παῖδας τοὺς ἐκ τούτων. ἐὰν δὲ μὴ ὦσι, τρίτῳ γένει δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν, ἀνεψιοῖς πρὸς πατρὸς, μέχρις ἀνεψιῶν παίδων. ἐὰν δὲ καὶ τοῦτ' ἐκλίπῃ, εἰς τὸ γένος πάλιν ἐπανέρχεται, καὶ ποιεῖ τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ τελευτήσαντος, κυρίους αὐτῶν κατὰ ταὐτά, καθάπερ τοῖς πρὸς πατρὸς ἐξ ἀρχῆς ἐδίδου τὴν κληρονομίαν.* Cf. Idem, p. 172, 174. *Isaeus* apud *Suidam*, v. *τέως*. *Demosthen.* p. 1067 ibique Intt. *Plato* de Legg. XI, 924 sq. *Wachsmuth*, Hellen. Alterth. II, 1, 213 sq. et *Bunsen*, passim. (2) Praecipue contra scriptorem Anglicum *Jones*, Works IX, p. 324 sqq. Comment. on Isaeus, p. 158, in Dissertationis p. 21, 22, Cf. 26, 40. (3) l. l. p. 364 sqq. impr. 371. (4) » Das Erbrecht der Mutter hat *Bunsen* ebenfalls zu erweisen gesucht, und wie durchaus nicht zu läugnen ist, mit triftigen Gründen." (5) Pag. 286.

huic testimonio opponit argumentum praecipuum, in eadem Isaei oratione alio loco dici, matrem non fuisse in ἀγχιστείᾳ (1), id errore omnino nititur ex verbis male intellectis orto. Minime enim haec est vis verborum: μητέρα εἶναι τοῦ τελευτήσαντος ἔγραψαν. ὃ συγγενέστατον μὲν ἦν τῇ φύσει πάντων, ἐν δὲ ταῖς ἀγχιστείαις ὁμολογουμένως οὐκ ἔστιν (2). Horum enim verborum sensus hic est: matrem esse primum quidem omnium in rerum natura esse cognationis vinculum, in computandis vero cognationibus civilibus id non esse primum. Revera enim mater in jure succedendi ipsi fratri uterino postposita civilis cognationis jus multis aliis inferius, aliquod tamen civilis cognationis jus habuit, et sic, uti oportet, intellectus locus iste non tantum alterum non infirmat, verum egregie confirmare videtur. Patet etiam ex hoc loco, matrem ad συγγένειαν filii sui pertinuisse, quamquam vinculum eam inter et filium civiliter non censebatur συγγενέστατον, quia in computandis civilis cognationis gradibus sive ἀγχιστείας, a quibus jus succedendi pendebat, praevalebat principium: κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας (3).

Vox ἀγχιστεία ceteroquin nonnunquam ipsa, sicut vox συγγένεια, opposita voci γένος fuisse videtur, ad in-

(1) Erbrecht, p. 372. (2) *Isaeus*, p. 279. (3) *Demosthen.* 1067, quo loco etiam nititur *Gans*, p. 371. Cf. supra not. 1, ad p. 106, not. 3, ad p. 73.

dicandum ordinem, secundum quem post liberos et descendentes ad successionem venerunt adscendentes atque collaterales, sive ad singulos in hoc ordine gradus designandos (1). Est saltem saepius sermo de ἀγχιστείαις plurali numero (2), et si eadem vox etiam in successione descendentium nonnunquam occurrit (3), id nihil probat contra sententiam modo expositam, cum etiam vox γένος, quae in jure hereditario prae ceteris primum ordinem succedentium sive liberos et descendentes significat, nonnunquam etiam eo sensu occurrat, ut significet diversos gradus in συγγενείᾳ, sive in ordine adscendentium et collateralium, sive ad diversas ἀγχιστείας designandas. Imprimis huc pertinet

(1) Cf. *Isaeus*, p. 286: πρὸς ὃν, μὴ ὅτι γένος εἶχον ἄμεινον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἔξω τῆς ἀγχιστείας ἐφαίνοντ' ἂν ὄντες. Cf. tamen de h. l. annotata a *Reiskio*. (2) Apud *Isaeum*, p. 270. post verba relata: ταύτας τὰς ποιητὰς ἀγχιστείας ὁ νομοθέτης μόνας, κ. τ. λ. Cf. not. 1, ad p. 106 et not. 3 et 4, p. 32, ibique laud. *Demosth.* p. 190: ἑτέρων ταῖς ἀγχιστείαις προτέρων. Cf. idem: ἵν' ἀποστερήσῃ τοὺς ἐγγύτατα τῷ γένει τῆς ἀγχιστείας, quae verba explicare videntur verba *Isaei* laudata: τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω, κ. τ. λ. *Photius*, v. ἀγχιστεία, συγγένεια. *Isaeus*, p. 271, ubi ei qui est ἔξω τῆς συγγενείας, etiam ἀγχιστεία abnegatur. (3) Cf. e. g. *Demosthen.* p. 218: πάντες γὰρ ὑμεῖς τῶν πατρῴων, τῶν παππῴων ἔτι περαιτέρω κληρονομεῖτε ἐκ γένους παραλείφοτες τὴν ἀγχιστείαν ἀνεπίδικον. Cf. Cap. I, p. 32, not. 3, et hoc Cap. III, p. 109, not. 4, atque *Meier* et *Schömann*, p. 460, not. Cf. etiam quae dicuntur apud *Demosthen.* p. 1067, de νόθοις non habentibus ἀγχιστείαν.

in loco laudato Isaei, quod ille de fratrum consanguineorum et natorum ex iis successione dicit: τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος γένος ἐστίν, quo gradu indicato orator secundo loco sorores consanguineas et ex iis natos nominat, et tum de consobrinis loqui incipiens, ait: τρίτῳ γένει δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν (1). Posset etiam de prima, secunda, tertia ἀγχιστείᾳ dici, et ratio, ex qua omnes eadem voce γένος designantur, haec est, quia revera ii, qui primo, secundo et tertio loco succedentes nominantur, ad diversa genera pertinere videntur, vel ad ipsam scilicet progeniem patris, vel ad progeniem avi ejus, de cujus hereditate agitur. Videntur tamen peculiari modo nati ex eodem patre masculi et feminae quasi duo diversa γένη constituere, nisi dixeris, verbis τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος γένος *proximum* quidem generi, i. e. descendentibus defuncti genus, non vero tertio oppositum *primum*, sed *secundum* genus designari: *primum* igitur et *praecipuum*, sive κατ' ἐξοχὴν γένος constitui ipsis defuncti descendentibus, et tum *quartum* genus constitui iis, qui eadem qua mortuus matre nati sunt, quorum ratione quoque ab Isaeo dicitur: νόμος εἰς τὸ γένος πάλιν ἐπανέρχεται καὶ ποιεῖ τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ τελευτήσαντος, κυρίους κ. τ. λ. (2)

---

(1) *Isaeus*, p. 270. (2) *Isaeus*, p. 270. Dicuntur etiam ii, qui ordine successionis aliis sunt potiores, habere γένος ἄμεινον. Cf. *Isaeus*, p. 286. modo laud. p. 114, not. 7.

Successio ab intestato ex Iure Attico igitur dici potest aliquomodo secundum *genera* deferri, ita ut primo loco ipsum defuncti genus, tum patris, post avi ad hereditatem vocetur (1). In genere avi non ultra

---

Cf. etiam apud *Isaeum*, p. 279 verba: γένει μὲν ἐμοὶ ταυτὸ προσηκούσης. Quibus verbis indicari videntur, qui non tantum ad idem genus pertinent, verum etiam in eo genere a communi parente aeque distant gradu. (1) Potest etiam quod ad hanc rem attinet de diversis *ordinibus* vel *gradibus* dici, sicut Romani quoque has voces saepius diverso sensu adhibent. Cf. de *gradus* appellatione *Gajus* Comm. L. III, § 22. de *consanguineorum* gradu § 27. de tertio sive *proximitatis* gradu. Alias in intestatorum hereditate ex Leg. XII Tabb. exponenda simpliciter dicebatur hereditas *primum* ad suos, secundo loco ad agnatos, tertio ad gentiles pertinere. Cf. *Gajus*, Comm. L. III, § 1-18. — Idem in L. 1. D. *de gradib. et affin. et nom. eorum* dicit: » *Gradus* cognationis alii superioris *ordinis* sunt, alii ex transverso sive a latere." Cf. *Ulpianus*, L. 1. pr. et § 1. D. *si tabul. test.* » Praetor.... transitum fecit ad intestatos, eum *ordinem* secutus, quem Lex XII Tabb. secuta est...... Sed successionem ab intestato in plures *partes* divisit: fecit enim *gradus* varios, primum liberorum, secundum legitimorum, tertium cognatorum, quartum viri et uxoris." Idem in L. 1. § 11. D. *de successorio edicto:* » et post hoc *suo ordine ex illa parte* unde proximi cognati vocantur." *Papinianus* in L. 2. D. ibid. *inferioris gradus cognatus*. *Paulus*, L. 10. D. *de gradib. et affin:* » ICtus cognatorum *gradus* et affinium nosse debet..... Graeci συγγενεῖς vocant, quos nos *cognatos* appellamus" etc. Cf. denique *Justinian.* in Nov. 118. Praef: » quia igitur omnis generis ab intestato successio tribus cognoscitur *gradibus*, h. e. adscendentium, descendentium et ex latere." Vox γένος in Iure Attico, ut monet *Reiske* in appar. crit. ad *Demosth.* V:

tertium ab ipso gradum, sive non ultra liberos consobrinorum progredi successionem, effici solet ex verbis Isaei: τρίτῳ γένει δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν, ἀνεψιοῖς πρὸς πατρὸς, μέχρις ἀνεψιῶν παίδων (1). Sed in his oratoris verbis cavillationem inesse, ut Viri Eruditi nonnulli suspicati sunt (2), indicare etiam videntur ipsa ejusdem verba post legem citatam scripta: ταύτας τὰς ποιητὰς ἀγχιστείας ὁ νομοθέτης μόνας συντομωτέρας τοῖς ῥήμασιν ἢ ἐγὼ φράζω. Ex his saltem dici potest, magis genuina esse legis ipsius verba apud Demosthenem relata (3), quibus post nominatam successionem fratrum consanguineorum et eorum, qui ab his descendunt, brevius dicitur: ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μεχρὶ ἀνεψιαδῶν (4), atque constituitur, hoc casu τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ ἀνδρὸς κατὰ ταὐτὰ κυρίους εἶναι. Amplius autem hinc efficiendum esse videtur, Isaeum, cum mutatis verbis legem laudaret, aliam quoque quam legislator constituit sententiam, ejus in favorem causae suae supponere vo-

III, p. 1460, nonnunquam etiam varios *articulos* sive *gradus* generis in *linea descendente*, sive liberorum, nepotum, pronepotum indicat. (1) In aliis quoque generibus jus succedendi tribus gradibus circumscribi, contendit *Bunsen*, quem egregie pro parte refutavit *Gans*, p. 349 sqq., quod etiam *Hermanno*, l. l. p. 31, not. 6, visum est. Cf. etiam *Gans*, p. 373 sqq. (2) l. l. p. 30, not. 105. (3) p. 1067, Nonnulla de hac re jam supra diximus, p. 26, not. 1, collatis etiam populorum Germanicorum moribus. (4) Ita legendum putat *Reiskius*, l. l. p. 1460: alii legunt ἀνεψιῶν παίδων, alii ἀνεψιαδῶν παίδων.

luisse. Ipse tamen alio loco eandem legem laudat his verbis: ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ πρὸς πατρὸς, μέχρις ἀνεψιῶν παίδων, τοὺς πρὸς μητρὸς κυρίους εἶναι κατὰ τὰ αὐτά (1). Imprimis igitur disquirendum est, quid verbis laudatis revera dicere voluerit legislator, sive μέχρις ἀνεψιῶν παίδων, sive μέχρις ἀνεψιαδῶν, genuina legis verba fuisse, dicendum sit. Peculiari modo ἀνεψιαδοῦς atque ἀνεψιῶν παῖδας conjunctos legimus in alia lege, quae ad jus ulciscendi caedem cognati, cum jure hereditario procul dubio antiquitus etiam Athenis cohaerens, pertinet, atque ita est scripta: προειπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος καὶ ἀνεψιοῦ, συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιῶν παῖδας, καὶ γαμβροὺς καὶ ἀνεψιοὺς, καὶ πενθερούς· καὶ ἀνεψιαδοῦς, καὶ φράτορας (2). Ejicienda autem esse plura horum verborum censebant Eruditi nonnulli propterea potissimum, quia inter ἀνεψιῶν παῖδας atque ἀνεψιαδοῦς aliquid interesse sibi nullo modo persuadere poterant (3). Sed sicut Latine loquentibus non idem est,

---

(1) Pag. 276. (2) Pag. 1068. Etiam ad testimonia dicenda saepius peculiari modo litigantes adhibere solent γεννητάς, φράτορας, συγγενεῖς, ἀνεψιούς, et notandum est, apud Germanos quoque officium testimonii dicendi et juramenti praestandi compurgatorii, consacramentalis nomine cum jure hereditario conjunctionem habuisse. Cf. *Demosth.* p. 1304 sqq. 1319. – Cf. *Pollux*, VIII, 9, ubi dicitur de candidatis pro dignitate Archontis, deque examine εἰ Ἀθηναῖοι εἰσιν ἐκ τριγονίας, atque nominantur testimonium dicentes. — De cognatione ἀνεψιοί, ἀνεψιαδοῦς, φράτορες, γεννηταί, vid. *Petitus*, p. 321. (3) Cf. *Reiske*. Appar. Crit. ad *De-*

utrum aliquem *meum sobrinum* an *mei consobrini filium* dicam, licet *sobrini* recte dicantur *consobrinorum filii*, atque *filius consobrini patris mei* etiam sit *meus sobrinus* (1), ita etiam potuit apud Graecos discrimen esse inter ἀνεψιῶν παῖδας atque ἀνεψιαδοῦς. Verosimiliter autem distinguebantur in lege hereditaria Atheniensium ἀγχιστεία τῶν ἀδελφῶν, τῶν ἀνεψιῶν καὶ τῶν ἀνεψιῶν παίδων, ea mente qua Cicero, ubi de gradibus pluribus societatis hominum et societate proximorum loquitur, prima, ait, in ipso conjugio est proxima in liberis, deinde una domus, quos sequuntur *conjunctiones fratrum, post consobrinorum sobrinorumque* (2). Hinc fortasse paululum diverso sensu de ἀνεψιαδοῦς dicebant Graeci ad similitudinem eorum, quos ἀδελφιδοῦς vocabant. Fortasse autem solebant voces ἀνεψιαδοῦς atque ἀνεψιῶν παῖδες usu vulgari saepius confundi, sicut etiam in usu loquendi Romani vocabula *consobrini* et *sobrini* non semper eandem habebant significationem; atque hac re usi sunt ora-

---

mosth. l. l. p. 1463. — Plura ejici vult etiam *C. de Boor*, p. 117 sqq. »Bemerkungen über das Verfahren in Mordsachen.“ (1) Cf. L. 1. § 6 et 7. D. *de gradib. et affin. Aelius Gallus* apud *Festum*, v. *Sobrinus. Donat.* ad *Terent.* Andr. IV, 5, 6 et laud. ab eo *Menander:* universe *Brissonius*, de V. S. v. *Sobrinus.* (2) *Cicero*, de Offic. I, 17. Hoc loco fere ob oculos habuisse videtur auctorem Graecum, qui in pluribus gradibus societatis hominum et proximorum describendis jus succedendi Atticum respexit.

tores nonnulli ad legum verba pro lubitu explicanda. Si igitur legislatoris Attici mens erat, cum post *fratres eorumque progeniem* vocaret τοὺς πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιαδῶν, sive ἀνεψιῶν παίδων, his verbis *consobrinos et sobrinos defuncti* vocare, quod male Isaeus adhibuit ad *defuncti consobrinos eorumque filios*, saltem uno loco, ubi de τρίτῳ γένει loquitur (1), patet legem post genus *patris*, genus *avi* et genus *proavi* vocasse. Si porro, deficientibus demum his tribus generibus, ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιαδῶν, progeniem *matris* ille vocavit, itidem manifestum est, matris genus non, ut primo intuitu ex Isaeo efficiendum esse videtur, ordine *quartum*, sed potius *quintum* fuisse. Demosthenes autem, Atticam legem referens, *sexti* generis mentionem facere videtur his verbis: ἐὰν δὲ μηδετέρωθεν ᾖ ἐντὸς τούτων, τὸν πρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι, quibus verosimiliter genus *abavi* ex parte patris ad successionem vocabatur, neque adeo legislator voluisse videtur in hoc genere finem omnis cognationis et successionis esse. Quod nec Plato voluisse videtur, cum in mulierum successione describenda sex gradus constitueret (2).

---

(1) Cf. *Isaeus*, p. 270, et *Gans*, p. 376, ad cujus sententiam mox revertemur. (2) Cf. imprimis *Hermann*, l. l. p. 31 et verba ibi laudata Philosophi: ὡσαύτως δὲ τὸ γένος ἀεὶ πορευέσθω κατ᾽ ἀγχιστείαν. δι᾽ ἀδελφῶν τε καὶ ἀδελφιδῶν ἐπανιόν. Cf. etiam quae *Gans* monet, p. 351, de

Gansius quoque verum succedendi ordinem juris Attici in eo perspexisse videtur, quod *sobrinos* quoque ex parte *paterna* ad successionem vocari concedit ante ipsam *matris* defuncti progeniem (1). Errare autem videtur in eo, quod hoc dilucidius ex Isaeo, quam ex Demosthene patere existimat. Patet hoc certe ex nonnullis Isaei locis, sed ex his maxime, ubi ille ad probandum jus *sobrinorum* affert legis dispositionem iisdem fere verbis, quibus eam Demosthenes retulit (2). Alio autem loco, ubi diserte dicit, se legis verba paululum mutata, secundum veram ejus sententiam referre, videmus verba ea prorsus ab illo torqueri, ut hac via actionis institutae finis attingatur (3). Gansius ipse jam animadvertit, loco: *τρίτῳ γένει δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν ἀνεψιοῖς πρὸς πατρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων*, dici debuisse: *τετάρτῳ γένει* (4). Sed hac ipsa in re cernitur oratoris cavillatio, et accuratius legis sententiam secutus dicere debuisset orator: *τρίτῳ καὶ τετάρτῳ γένει.*

---

non circumscripta successione in ordine descendentium, argumento verborum *Demosth:* πάντες γὰρ ὑμεῖς τῶν πατρῴων, τῶν παππῴων τῶν ἔτι περαιτέρω κληρονομεῖτε. κ. τ. λ. Cf. supra, p. 114, not. 2 et 3. (1) l. l. p. 376. (2) *Isaeus* p. 276: Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι ὁ νομοθέτης οὐκ εἶπεν, ἐὰν μήδεις ᾖ πρὸς πατρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παιδων, τοὺς τῶν ἀνεψιαδῶν εἶναι κυρίους, ἀλλὰ ἀπέδωκε τοῖς πρὸς μητρὸς τοῦ τελευτήσαντος, ἂν ἡμεῖς μὴ ὦμεν, τὴν κληρονομίαν. κ. τ. λ. Cf. p. 122, not. 1. (3) Pag. 270. (4) Erbrecht, p. 377, not. 243.

Verbis enim *ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων* legislator ad successionem vocare voluit consobrinos atque sobrinos, i. e. ad progeniem avi, et ad progeniem proavi pertinentes. Actor in Isaei oratione hoc ipse admittit, atque, ut ibidem narrat, cum esset Hagniae sobrinus (1), ex hoc capite jam in anterioribus controversiis competitores vicerat (2), imprimis Hagniae matrem, quae simul erat ejusdem sobrina (3). Tamquam sobrinam Hagniae eam vicerat ex principio: *κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας*; tamquam matrem Hagniae vero ex principio, quod in successione generum genus patris, genus avi paterni et genus proavi paterni praeferebantur generi matris (4). In controversia vero, quae ora-

(1) Pag. 274: *ἐγὼ γὰρ καὶ Ἁγνίας, καὶ Εὐβουλίδης, καὶ Στρατοκλῆς, καὶ Στράτιος, ὁ τῆς Ἁγνίου μητρὸς ἀδελφὸς, ἐξ ἀνεψιῶν ἐσμεν γεγονότες· καὶ γὰρ οἱ πατέρες ἡμῶν ἦσαν ἀνεψιοὶ ἐκ πατραδέλφων.* Hic locus etiam explicat illud: *ἂν ἡμεῖς μὴ ὦμεν*, loco, not. 2, p. 121, laudato. Cf. etiam p. 275: *τελευτᾷ Εὐβουλίδης.... τελευτᾷ ὁ Στράτεος, τελευτᾷ δ' ὁ Στρατοκλῆς, λείπομαι δ' ἐγὼ μόνος τοῦ πρὸς πατρὸς ὢν ἀνεψιοῦ παῖς, ᾧ μόνῳ κατὰ τοὺς νόμους ἐγίνετο ἡ κληρονομία, πάντων ἤδη τῶν ἄλλων ἐκλελοιπότων, οἳ ταύτῃ μὲν τῇ συγγενείᾳ προσήκοντες ἐτύγχανον.* (2) Pag. 278 sqq. Stratii filii cum eo, ut ait, contendere non ausi sunt, sed *οἱ δ' ὑπὲρ τῆς Εὐβουλίδου θυγατρὸς πράττοντες..... καὶ οἱ κύριοι τῆς Ἁγνίου μητρὸς, ἦσαν οἷοί τε πρὸς ἐμὲ ἀντιδικεῖν.* Tutores vero filiae Eubulidae victi sunt eo, quod falso de ejus cognatione dixerunt. (3) Cf. not. 1, et *Isaeus*, p. 279: *τῆς Ἁγνίου μητρὸς γένει μὲν ἐμοὶ ταυτὸ προσηκούσης, ἀδελφὴ γὰρ Στρατίου.* (4) P. 279. Ex

tioni laudatae ansam praebuit, voluit idem actor excludere fratris sui filium, qua ex causa legem ipsam falso interpretatus est. Si enim legislator, cum vocaret

---

priori capite ne voluerunt quidem matris Hagniae tutores hereditatis petitionem instituere, quod exprimitur verbis: *οἱ δ' ὑπὲρ τῆς Ἁγνίου μητρὸς γένει μὲν ἐμοὶ ταυτὸ προσηκούσης, νόμῳ δὲ ἀποκλειομένης, ὃς κελεύει κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας, τοῦτο μὲν εἴασαν.* Agebant tamen ex capite altero: *οἰόμεναι δ' ἐμοῦ πλεονεκτήσειν, μητέρα εἶναι τοῦ τελευτήσαντος ἔγραψαν..... εἶτα γράψας ἀνεψιοῦ παῖδας εἶναι, κἀκείνας ἐξελέγξας οὐκ οὔσας ἐν ταῖς ἀγχιστείαις, οὕτως ἐπεδικασάμην παρ' ὑμῖν.* Malo hic *Reiskius* γραψαμένας loco τοῦ γράψας voluit legi, atque verba *ἀνεψιοῦ παῖδας* intelligi de utraque femina, de quibus sermo est in iis, quae praecedunt, scilicet filia Eubulidae. et matre Hagniae. Quamquam vero ad utramque spectare videantur verba ultima modo laudata, idem tamen de verbis *ἀνεψιοῦ παῖδας* dici nequit, quia altera sola, nempe mater Hagniae, *consobrini ejus filia*, altera vero, filia Eubulidae *sobrini ejus filia* erat. Verba igitur *γράψας ἀνεψιοῦ παῖδας εἶναι*, non ad *feminas* modo nominatas, sed ad *actorem* pertinent: loco tamen *παῖδας* est legendum *παῖδα*. Voluit igitur dicere actor: contra *matrem* Hagniae, quae hereditatem ex hoc capite vindicare voluit, in actione mea demonstravi me *sobrinum* esse, sive ad progeniem proavi pertinere, et quia ex lege progenies proavi potior est progenie matris, probavi eo ipso, illam non esse *ἐν ταῖς ἀγχιστείαις*, et hereditas mihi est adjudicata. Notandum tamen est, quod p. 121, not. 2, laudavimus ejusdem actoris dictum, ad *matris progeniem* pertinere hereditatem, si *ipse deficeret*, et ex hoc capite videtur *mater ipsa* successionem habuisse, quasi *generis sui initium constituens*, quamquam in hoc genere non ipsa mater primo loco vocabatur, sed ejus filius, sicut etiam filii erant matrum tutores.

omnes πρὸς πατρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων, id voluit, ut post progeniem patris, sive fratres defuncti, venirent consobrini atque sobrini, sive progenies avi et progenies proavi, manifesto patet, eum excludere voluisse verbo μέχρι progeniem abavi, quippe quae demum post progeniem matris ad successionem vocaretur. Actor vero in Isaei oratione contendit, illud μέχρι referendum esse ad sobrinorum filios, et ideo fratris sui filium ab hereditate esse excludendum (1).

Sex igitur ordines sive gradus successionis ab intestato distingui posse videntur ex legibus Atticis, sive sex genera gradatim vocabantur ad hereditatem: primum nempe ipsa defuncti progenies, prae ceteris γένος appellata, tum progenies patris, avi, proavi, matris,

---

(1) Cf. locus ex *Isaeo*, p. 276, laudatus p. 121, not. 2. De hoc puero dicit actor, p. 273: ἐμὸς ἀδελφιδοῦς. Ex argumento orationis, p. 269, actor fuisse videtur Theopompus, et puer contra quem agebat, ὁ υἱὸς τοῦ ἀδελφοῦ Στρατοκλέους. Hujus pueri ratione dicitur p. 278: οἱ Στρατίου παῖδες οἱ τούτῳ τῷ παιδὶ προσήκοντες, quia hic et illi erant sobrinorum filii. De eodem denique puero actor, ut demonstraret, eum tamquam natum ex sobrino Hagniae excludi ab hereditate, hanc proponit quaestionem, p. 272: ἀδελφὸς ἔσθ' ὁ παῖς Ἁγνίου, ἀδελφιδοῦς ἐξ ἀδελφοῦ ἢ ἐξ ἀδελφῆς γεγονώς; ἢ ἀνεψιός, ἢ ἐξ ἀνεψιοῦ πρὸς μητρὸς ἢ πρὸς πατρός; τί τούτων τῶν ὀνομάτων, οἷς ὁ νόμος τὴν ἀγχιστείαν δίδωσι; Censet igitur eum, cum neque frater, neque sobrinus sit Hagniae, ab ejus hereditate arceri. Cf. p. 277: ἡμετέρους παῖδας ἔξω τῆς ἀγχιστείας ἐποίησεν. p. 286: οὐ δίδωσι μεθ' ἡμᾶς τοῖς ἡμετέροις παισὶ τοπαράπαν τὴν ἀγχιστείαν.

abavi, quae omnes *συγγενείαν* defuncti constituebant, secundum diversa iterum *γένη* sive *ἀγχιστείας* ad successionem vocatam. Dici etiam potest, duos fuisse ordines succedendi et in ordine secundo quinque fuisse gradus distinctos, et si, quod verosimile est, genus in ordine altero quintum, sive in successione universe spectata sextum, non extremus erat terminus ultra quem nulla amplius dabatur hereditas, ultro fere sequi videtur, *γεννητῶν* quoque et *Φρατόρων* aliquando successionem fuisse, utpote qui jure saltem omnes ex communi quodam parente originem ducere et inter se *συγγενείαν* vel *ἀγχιστείαν* habere intelligebantur (1).

Alterum succedendi ordinem, utrum *adscendentium* potius an *collateralium* dicamus, dubium est. Fit quidem in legibus ab Isaeo et a Demosthene laudatis collateralium tantum mentio, sed praeter personas, quae in iis disertis verbis nominantur, alias quoque jus succedendi habuisse, indubitati juris esse videtur ex iis, quae supra de matris et patrui successione di-

---

(1) Γεννητάς saltem saepius etiam συγγενεῖς appellari, et verosimiliter etiam ratione Φρατόρων sermonem fuisse de ἀγχιστείᾳ, jam diximus capite I. — Quem vero paulo superius attulimus locum not. 4, p. 122, is etiam satis probat, eo quod quis non ἐν ταῖς ἀγχιστείαις sive ἔξω ἀγχιστείας esse dicebatur, eum non omnino ab hereditate fuisse exclusum, sed unice his verbis dici, eum non pertinere ad id genus, quod proxime ad hereditatem vocatur. Cf. hac de re *Hermannus*, qui tamen, sicut *Gans* ibi laudatus, nec satis dilucide, nec plane accurate de ea loquitur.

ximus. Si vero nonnunquam ipsi matri et patruo successio concessa erat, videturne credibile patri et avo eam prorsus fuisse denegatam? Pater et avus praeterea in jure despondendi ἐπικλήρου et omnino in tutelae jure praecipuum obtinebant locum, atque praeter fratrem et patruum saepius, non tamen ubique eodem ordine, nominantur (1). Jus succedendi adscendentium cum universe, tum etiam patris et avi constanter omnino negarunt *Jones* et *Gans* (2), contra defenderunt *Bunsen* (3) et *Platner* (4). Nostrum non est hanc controversiam distrahere, magis tamen nobis placet doctrina eorum, qui adscendentes quoque ad hereditatem vocatos fuisse contendunt, quamquam certis probationibus deficimur.

In lege hereditaria apud Demosthenem, in qua nec de descendentium successione agitur, verba, quibus lex incipit: ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλίπῃ θηλείας, σὺν ταύτῃσι· ἐὰν δὲ μὴ, τούσδε κυρίους

---

(1) Cff. loci in not. 2, ad p. 96, laudati: e. g, *Aeschinis*, p. 39: πατὴρ ἢ ἀδελφὸς ἢ θεῖος κ. τ. λ. *Demosthen.* p. 1134: ἢ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρός. Alio ordine jus despondendi πατρὸς, πάππου, ἀδελφῶν ὁμοπατρίων indicat *Plato.* Cf. *Hermann*, p. 4, not. 25, qui putat nihilominus in lege Solonis eum revera ordinem servatum fuisse, qui apud *Demosthenem* reperitur, cum etiam apud eundem, p. 1095 idem ordo indicatus sit. cf. p. 1069: πατὴρ, ἀδελφὸς, υἱεῖς. (2) l. l. p. 365 sqq. et laud. ibi *Jones* Works IX, 324 sqq. (3) Pag. 21, 26, 40. (4) Heidelb. Jahrb. 1814, p. 1177.

εἶναι τῶν χρημάτων, neque per se admodum perspicua sunt, neque quam ea cum verbis, quae praecesserunt, conjunctionem habuerint, novimus. Quae autem illa continuo sequuntur: ἐὰν μὲν ἀδελφοὶ ὁμοπάτορες, καὶ ἐὰν παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι, τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν, ea tam concise rem exponunt, ut fere dici possit, de ἀδελφοῖς ipsis proprie nihil esse constitutum, nisi quae circa πατρὸς μοῖραν scripta sunt ad eos quoque trahas, quo casu etiam ipsius patris defuncti successio indicata posset videri. Praeter fratres et eorum liberos, sive patris progeniem, genera sequentia, ad quae consobrini et sobrini pertinent, iisdem vocantur paucis verbis: ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιαδῶν, quibus consobrini ipsi non magis quam patrui, avi, proavi, disertis verbis continentur, et sobrini tantum appellantur ad extremum terminum indicandum quoad genus, minime vero ad successionem ita restringendam, ut solae personae, quae ex tertia post progeniem defuncti vocata progenie superiorum nominatim indicantur, hereditatem acquirere possint. Nec de sororum successione disertis verbis sermo est apud Demosthenem, cum Isaeus eas ad hereditatem vocet post ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφιδοῦς, contra, qui apud Isaeum non nominantur, οἱ ἐξ αὐτῶν (1), disertis ver-

(1) Etiam hoc ad cavillationem oratoris pertinere videtur, eum non nominasse τοὺς ἐξ ἀδελφιδῶν. p. 270, quia cum excludere vellet τοὺς τῶν ἀνεψιάδων, debuit silentio praeterire

his apud Demosthenem appellantur, apud quem adeo statim huic dispositioni subjungitur principium: κρατεῖν δὲ τοὺς ἄῤῥενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀῤῥένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω. Fortasse his dicere voluit legislator, quamdiu ex progenie paterna defuncti masculi adsunt, usque ad *tertium gradum*, feminas ad successionem venire non posse, sicut etiam progenies matris ad successionem demum vocatur post *tertium genus*, quod retro a patre defuncti computatur, sive post patris, avi et proavi progeniem. Est denique hoc notandum, ex oratione Isaei de Hagniae hereditate, sine omni dubio patere, post propriam defuncti progeniem ejusdem fratres, consobrinos, sobrinos gradatim fuisse vocatos, et si tres hi ad tres diversas superiorum progenies pertinentes plerumque una nominantur, ii tantum exempli causa videntur indicari, et tamquam προσήκοντες (1), i. e. eodem gradu distantes

illos, quorum nominatio argumentum ex analogia suppeditare posset adversariis. Quos vero ἀδελφιδοῦς vocat *Isaeus*, *Demosthenes* nominavit ἀδελφῶν παῖδας, quae vox ipsa quoque per se dubia esse poterat nonnunquam, nam ita etiam appellari possunt, qui ἀνεψιοὶ ἐκ πατραδέλφων, vel ἀνεψιοὶ brevius dicuntur. (1) Hoc sensu illam vocem saepe usurpat *Isaeus*, p. 278, 279. Cf. *Plato*, de Legg. VI, p. 766. C: οἱ προσήκοντες καὶ ἐπιδημοῦντες πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων. cum p. 877 D: συγγενεῖς συνελθόντας μέχρις ἀνεψιῶν παίδων. p. 878: γεννητὰς καὶ συγγενεῖς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων. Monet ad hos locos *Hermannus*, p. 26, etiam Platonem sensisse ambiguitatem vocum ἀνεψιῶν παίδων et ideo hos alio loco. L. XI, p. 925 appellasse πάππου

a communi parente, sc. patre, avo, proavo, unde ultro sequitur, personas intermedias, nominatim eas, a quibus in superiorum linea genera ipsa ad successionem gradatim venientia computabantur προπάτορας, a successione non fuisse exclusas.

Quicunque vero non tamquam ἔκγονοι, sed tamquam συγγενεῖς ad successionem veniebant, non potuere suo marte hereditatem adire, verum ab Archonte eam petere debebant, quippe in quibus valeret regula: ὡς οὐ δεῖ τὸν ἐπίδικον κρατεῖσθαι κλῆρον πρὸ δίκης (1).

Ex his autem omnibus, quam late illud principium: κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀῤῥένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι, καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω, patuerit, quamque egregie haec conveniant cum reliqua Atheniensium de

---

παίδων υἱϊδοῦς, quos consobrinorum filios esse, nemo possit negare. Sed nonne Plato his verbis eos, quos quis dicit esse consobrinorum suorum filios, distinguere voluit ab iis, qui ἀνεψιοὶ παῖδες alicujus sobrinos indicant? Nec ausim dicere, recte omnino *Hermannum* γεννήτας illo loco appellare parentes, cum alibi Plato his opponat προπάτορας. Possent saltem vocibus γεννηταί atque συγγενεῖς nonnunquam indicari duo ordines succedentium, qui in jure Attico distinguuntur etiam circa modum hereditatem adeundi. Differentiam inter γένος atque οἶκον, quam in jure hereditario Attico constituendam esse existimavit *Bunsen*, cum *Gansio*, p. 353, rejiciendam esse putamus. (1) *Suid.* v. ἐπίδικα· οἷς ἂν τις ἐπεδικάζετο ὡς προσήκουσιν αὐτῷ κατὰ γένους ἀγχιστείαν, εἰ μὴ εἶεν υἱεῖς ἢ υἱωνοὶ τῷ τετελευτηκότι. Cf. *Meier* et *Schöm.* p. 461 sq.

feminis, cogitandi ratione (1), vel me non monente, satis intelligitur.

Haec igitur de successione ab intestato, quae dicitur, universe erant statuta; jam de testamentaria videamus. Jure testamenti condendi gaudebat unusquisque qui liber et civis erat, κύριος, iis, quas supra vidimus, conditionibus. Num δημοποιητοί testandi jus habuerint, jam supra indicavimus (2); carebant certe eo jure adoptati, item feminae atque pueri, quibus non ultra medimnum tritici contrahere licuit (3); legare vero omnino potuere feminae (4). Quatenus ἐπικλήροις hac in re fuerit prospectum, ne scilicet pater hac testandi libertate in filiarum abuteretur detrimentum, in paragraphis de Nuptiis atque Adoptione pluribus jam vidimus, ita ut is, quem bonorum institueret heredem, etiam filiam ducere deberet, atque minime liceret ἄνευ τῶν γνησίων θυγατέρων οὔτε ποιήσασθαι οὔτε δοῦ-

(1) Vid. Pars hujus Dissertat. Literaria, Cap. V. (2) Cf. *Demosthen.* p. 1133 cum p. 1100, atque de his locis *Bunsen*, p. 58 sqq. *Meier*, de bonis damnat. p. 60. Aliam sententiam profitetur *Gans*, p. 385, qui tamen levius eam rem attigisse videtur. (3) *Isaeus*, p. 259. *Aristoph.* Eccles. 1017 ibique Schol. *Harpocrat.*, *Suidas* et *Phot.* v. ὅτι παιδὶ καὶ γυν. (4) *Demosth.* p. 909, 1030, 1034. Cf. etiam *Gans*, p. 384-388. Praecipue notatu digna sunt, quae ille de nexu testamentifactionis cum jure adoptandi dicit, quod itidem erat feminis ademtum. Cohaerebat vero etiam verosimiliter apud Graecos, non aliter quam antiquitus apud Romanos, jus testamentum faciendi cum juribus publicis, in quibus fere pro nullis habebantur feminae.

καὶ οὐδενὶ οὐδὲν τῶν ἑαυτοῦ (1). Cavit idem lex, ne nimium legari posset, cum legitimorum liberorum damno, statuendo ne plus quinque, ut videtur, minis iis legare liceret (2). De Juris Attici principio, patrifamilias testandi jus esse tantum, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες (3), verbo dixisse sufficiat (4); id ipsum vero novum argumentum suppeditat sententiae, multis nominibus jure Attico deteriorem fuisse conditionem feminarum quam masculorum.

Non possumus autem ab hocce discedere argumento, quin paucis advertamus animos lectorum ad miram illam, quae Jus Atticum inter et Germanicum antiquum cernitur in hereditatum jure, convenientiam. Jam supra monuimus, initio § 1 hujus capitis, teste Tacito, testamenta antiquitus ignorasse Germanos, quod quidem Jure Attico locum non habuit, quamquam testandi jus multo magis erat quam jure Romano circumscriptum. In successione ab intestato vero non solum in summo hujus successionis principio, ut itidem jam indicavimus, atque in potiore masculorum jure nonnulla cernitur utriusque juris similitudo, ve-

(1) *Isaeus*, p. 58. (2) Schol. *Aristoph.* Aves 1665: νόμος ἦν Ἀττικὸς, τοῖς νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν.... τὸ ἀργύριον δὲ τοῖς νόθοις διὰ χειρὸς ἐδίδοσαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς κληρονομεῖν. *Suid.* v. ἐπίκληρος. *Harpocrat.* v. νοθεῖα, ubi μέχρι χιλίων δραχμῶν legitur. Cf. *Meurs.* Them. Att. II, 12. (3) Cf. *Isaeus*, p 58, 124, 259. (4) Cf. *Gans*, p. 386, et loci ibi laud. *Demosthenis* etc.

rum etiam in ipso ordine succedendi. Propria Germanis antiquitus, procedente vero tempore Iuris Romani auctoritate paulatim in omni Germania obliterata (1), ea erat succedendi ratio, quam proprie successionis per *parentelas* nomine appellatam, Tacitus ipse jam secundum potiora sua elementa descripsit (2). Ea vero successio per parentelas in legibus antiquissimis Germaniae distinctius constituta, fere alia non erat ac ea, quam per *genera* in Jure Attico locum habuisse indicavimus (3). Fuerunt adeo nonnulli, qui *adscendentium* ex jure Germanico nullam fuisse successionem contenderent. Hoc tamen nonnunquam in legibus Germanicis obvium, non erat Juris Germanici nativi constitutio, sed potius juris *feudalis* effectus, ut

(1) Cf. *Mittermaier*, Grundsätze des Gemeinen Deutschen Privatrechts, Regensburg 1838, § 436, 437: »Deutsches Erbsystem, und weitere Fortbildung des Erbrechts." (2) »Heredes successoresque sui cuique liberi: si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, patrui, avunculi." German. 20. Haec tamen descriptio non est plena. Cf. *Mittermaier*, l. l. § 436, not. 3. et *Eichhorn*, deutsche Staats- und Rechtsgeschichte, 4e Ausg. Gött. 1834. Vol. I, p. 93, § 19. (3) *Eichhorn*, V. I, p. 402 sqq. § 65. *Parentalia* dicebantur quoque *generationes* et *genealogia* et prae ceteris *paternae* nominantur. cf. e. g. Leg. Longob. Edict. Rothar. 153: »parens parenti per gradum et parentelam succedat: omnis parentela usque ad septimum genuculum numeratur." Notanda etiam est Lex Saxon. tit. 7, Cap. 5: »qui defunctus non filios sed filias reliquerit, ad eas hereditas pertineat, tutela vero earum ad fratrem vel proximo paterni generis deportetur."

alii accuratius docuerunt (1). Circa hoc idem autem argumentum plures etiam Iuris hereditarii Attici indolem minus perspectam habuisse, satis abunde probasse mihi videor.

Hinc minus accurate dictum est, quod ait Gansius (2): »Es ist hier eine überraschende Aehnlichkeit des Attischen Rechts und des Germanischen Lehnrechts nicht zu verkennen.'' Haec vero ejus sententia nititur alii (3), ut demonstravimus, erronea: »das Attische Intestaterbrecht kennt daher nur zwei Klassen, die Klasse der *Descendenten*, und der *Collateralen*, und zwar der Collateralen, die nicht zum Erblasser in Verhältniss von Collateralascendenten stehen.'' Quod falsum esse, certe dici posse videtur, etsi verum sit, proprie duos tantum fuisse heredum ordines in Jure Attico. Melius vero possunt hi duo ordines verbis a Tacito, alia tamen fortasse mente usurpatis (4), designari, primo ordine defuncti *familiam*, γένος, ἔκγονοι, secundo ejus *propinquitates*, ἀγχιστεῖαι, συγγένεια; eamque rem, si penitus perspectam habuisset ille ICtus, juris Attici successionem aptius cum successione juris Germanici nativa, quam cum feudali successione comparasset (5).

---

(1) Cf. *Mittermaier*, l. l. § 436, p. 1004. (2) Erbrecht, p. 412. (3) p. 411 et sq. (4) German. 7: »non casus turmam facit, sed *familiae* et *propinquitates*. Cf. cap. 39: »omnes ejusdem *sanguinis* populi legationibus coëunt.'' cap. 2: »*Originem gentis conditoresque* Tuisconem et filium Mannum celebrant.'' (5) Distinguebantur adeo duo ordines

§ 2.

Dos.

Antiquissimis temporibus, teste Aristotele (1), Graeci uxores a se invicem emere solebant; ante Solonis tamen jam, ut videtur, tempora, in usu erat pro hacce venditione certa dos, προίξ, φερνή dicta (2). Plutar-

antecessorum posteriori adhuc tempore verbis *Busenerben* i. e. liberi, et *Magen* sive propinqui. In Helvetia adhuc plurima supersunt antiqui Iuris hereditarii Germanici vestigia, e. g. in lege hodieque vigente: »Der Vatermag erbt bis ins dritte Glied, vom vierten Glied an auch die Muttermagen.” Cf. *Mittermaier*, p. 1007, not. 7. (1) *Aristot.* Polit. II, 8. Cf. quae de hac re, etiam apud Germanos antiquitus usitata, jam supra diximus, et *Gans*, p. 299, qui in Jure Attico posterioris aetatis nulla amplius illius moris vestigia reperiri contendit. (2) In memoriam h. l. revocare juvabit, quae de *dote* quoque secundum antiquos populorum Germanicorum mores, et de *muneribus* datis in celebrandis nuptiis, parentibus et propinquis praesentibus, supra relata sunt ex *Tacito*, German. cap. 18: »*Dotem* non uxor marito, sed uxori maritus offert.” Talis vero dos improprie eo nomine dicitur: ea tamen magis ex emtionis notione explicanda est, ejusque vestigia in Iure Germanico multo posteriorum temporum adhuc supersunt; in medii adeo aevi documentis nonnunquam eodem adhuc nomine Latino *dotis*, alias nominibus *Witthum*, *Leibgeding*, *dotalitium*, *vidalitium*, *douaire*. Vox *maritagium* apud scriptores medii aevi nonnunquam *dos Romana* dicitur: *dos* etiam dicitur, quod alias *Morgengabe* appellatum, ex alio fonte originem duxisse videtur, sicut ea *mu-*

chus, ubi omnes e matrimonio a Solone esse sublatas dotes narrat: ἀφεῖλε τὰς φερνάς, ἱμάτια τρία καὶ σκεύη μικροῦ νομίσματος ἄξια κελεύσας, ἕτερον δὲ μηδὲν, ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην (1), intelligendus videtur de iis, quae praeter dotem dabantur, et saepissime apud Oratores Atticos ἱμάτια καὶ χρυσία vocantur (2). Crebrae enim identidem occurrunt dotes, tum apud Oratores, tum Comicos, ad decem usque talenta, imo apud Plautum viginti talentorum dos memoratur (3), et triginta minarum dos modica et ordinaria etiam apud minus divites, a Platone sua aetate dicitur (4).

Omnia autem, quae dotis loco ab uxore ejusque heredibus vel κυρίοις possiderentur, per manifestam ὁμολογίαν constare debebant, praesentibus testibus, quod τιμᾷν προικί, ἐν προικὶ τιμᾷν, ἐντιμᾷν προικί dicebatur (5), cum omnia de quibus non hoc modo certis verbis constabat, ea inter dotem esse referenda, ad ipsum pertinere maritum censerentur. Ipsa enim dos non mariti fiebat propria, qui usumfructum tantum ejus habebat et ἀποτίμημα in ejus securitatem obligare

---

nera, quae nomine *Hochzeitgeschenke* et *Trüffelgelder* in Iure Germanico nota sunt. Cf. *Mittermaier*, l. l. § 398 sqq. p. 904 sqq. (1) *Plutarch*. Solon. 20. (2) *Bunsen*, p. 43. Cf. *Suid*. v. ἐπιμείλιον..... παρὰ τὸ μειλίσσειν τὸν νυμφίον. (3) *Plaut*. Cistell. II, 3, 19. Cf. *Böckh*, Staatshaush. II, 49 sqq. *Plato* de Legg. IV, 11. VI, 17, *Aristotel*. Polit. II, 6, 11. (4) *Plato*, Epist. 13, p. 362 A. (5) *Demosthen*. p. 1029. *Isaeus*, p. 37, 38, ibique Intt. *Demosthen*. p. 1036.

solebat (1), unde quoque ipsa dos nunquam, nec a privatis mariti creditoribus, nec in bonorum ipsius publicatione a fisco peti poterat, quamvis interdum jus suum hac in re apud civitatem persequi satis difficile fuisse videatur. Ab altera tamen parte, ubi bona publicata erant, saepe precibus misericordia mota, partem bonorum sibi retinebant uxor atque liberi (2).

Praeterea autem uxor a marito varia accipere solebat dona, ὀπτήρια, ἀνακαλυπτήρια, ἕδνα, προσφθεγκτήρια, ἐπαύλια dicta (3), quae mortua uxore sine liberis ad maritum redibant (4). Dos autem, de qua, ut supra diximus, rite ὁμολογία erat inita, rursus ad eum pertinebat, a quo erat ab initio profecta, vel eo mortuo, ad ipsius heredes (5). In divortio faciendo si uxor insons erat, lex jubebat ἀποδιδόναι τὴν προῖκα· ἐὰν

---

(1) *Harpocrat.* v. *ἀποτιμηταί.... εἰώθεσαν δὲ καὶ οἱ τότε, εἰ γυναικὶ γαμουμένῃ προῖκα διδοῖεν οἱ προσήκοντες, αἰτεῖν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ ἐνέχυρόν τι τῆς προικὸς ἄξιον, οἷον οἰκίαν ἢ χωρίον, κ. τ. λ.* (2) Etymol. M. v. *ἐγγύης καταβολήν. Demosth.* p. 854, 1255. *Meier* et *Schömann.* p. 424. *Heffter*, Athen. Gerichtsverf. p. 466. *Meier* de bonis damnat p. 222 sqq. et auctt. ibi laudati. (3) Lexicographi antiqui in vv. (4) Cf. ea quae dicta sunt in not. 2, ad p. 134. In his quoque rebus cernitur aliqua Iuris Graeci et Germanici antiqui similitudo. In Germania ceteroquin nonnunquam etiam vocibus *dos* et *donatio propter nuptias*, sicut vocibus *Aussteuer* et *Widerlage*, et quidem jam antiquioribus temporibus revera, quamvis non semper, Romani juris notiones suberant. (5) *Isaeus*, p. 40, 41. ibique Intt.

δὲ μὴ, ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἰς Ὠιδεῖον εἶναι δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ (1); quae eadem valebant, si quis accepta dote, deinde sponsam non ducebat uxorem (2).

Mortuo marito, si uxor in ejus domo remaneret cum ipsius liberis, bonorum ususfructus erat inter eos communis, donec liberi ad majorennitatem pervenissent atque ipsi sibi paternam peterent hereditatem (3). De quasi-dote, quae interdum pellicibus dari solebat, consuetudinis firmandae gratia, in fine Capitis II, § 1 jam vidimus (4).

---

(1) Lex apud *Demosthen.* p. 1362. Cf. *Isaeus*, p. 19, 38 et 64. Lexicographi, v. *σίτου δίκη*. (2) *Demosthen.* p. 818, 839, 854. (3) *Demosth.* p, 1047. (4) Cff. praeterea de tota hac re: *Meursius*, Them. Att. I, 14 et Supplement. p. 205. *Meier* et *Schömann*, p. 415 sqq. *Petitus*, p. 548 sqq. *Gans*, p. 298, et quae ibidem de quasi-dote s. v. *Ketuba* pellicibus danda in Jure *Talmudico* obvia et ex jure Graeco desumta esse dicuntur. Ex jure Germanico id, quod *Morgengabe*, et jam in perantiquis documentis *Morgengeba*, alias *dos*, imo *donatio propter nuptias* nonnunquam dicitur, dari solebat non tantum uxoribus, quae in plenum vitae consortium recipiebantur, verum etiam in iis matrimoniis, quae *matrimonia ad legem Salicam*, alio nomine *Ehen zur linken Hand* vel *morganatica matrimonia* dicebantur, vel adhuc dicuntur et nonnunquam cum *concubinatu* Romanorum comparantur. Cf. Cl. *Birnbaumii* hac de re annotationes in *Creuzers* Abriss der Röm. Antiquitäten. 2e Ausg. 1829, p. 481 sqq. — Cf. »quod Mediolanenses dicunt accipere uxorem ad *morganaticam* alibi *lege Salica*" in Feudor. L. II, tit. 29. *Morganatici*

In reliquis autem quae ad jus rerum pertinent, valde exiguas fuisse feminarum partes, vel inde patet, quod non magis quam pueri, ut jam diximus, ultra medimnum tritici contrahere atque jure se obligare poterant.

---

matrimonii appellatio ex eo ipso descendere videtur, quod in hoc genere matrimonii unice *Morgengabe*, non vero *dos* dabatur, quod explicatur eo, quod de *dotis* significatione narratur a *Tacito*, German. Cap. 18: »In haec *munera* uxor accipitur atque invicem ipsa aliquid armorum viro affert, *hoc maximum vinculum*." – In justis nuptiis regum Francorum, e. g. in conventione apud Andelaum anni 587, et *dos* et *morgengabe* memoratur: »De *civitatibus* Burdegala Lemovica et quas Gailesvindam tam in *dote* quam in *morganegiba*, hoc est *matutinali dono* in Franciam venientem acquisisse certum est." Cf. *Walter*, Corpus Jur. German. Vol. II, p. 6. Cf. etiam *Kluit*. Histor. crit. Comit. Holl. T. II, Part. I, cap. 33, documentum anni 972, ubi sermo est de *dote legitima*, quam *more majorum* imperator *Otto* dedit sponsae suae *Theophaniae*, imperatoris Graecorum nepti, scilicet Italiae provinciam *Histriam*, et insulam *Walacriae* in patria nostra. Cf. etiam *Mittermaier*, l. l. p. 904. § 398.

CAPUT IV.

De institutis quibusdam tam ad tuendas quam ad coercendas feminas pertinentibus.

§ 1.

De feminarum tuitione.

Severis omnino legibus Solon puellarum nuptarumque feminarum pudicitiam ab improborum tuebatur lascivia, graves poenas constituendo tum in raptum, tum in vim puellae illatam, tum in varia lenocinii genera, quod profecto in Atheniensium republica, mature jam luxuriante, vix aliter fieri potuit. Plutarchus varias illas poenas his verbis recenset: μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκεν· ἐὰν δ' ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς ἔταξε· κἂν προαγωγεύῃ δραχμὰς εἴκοσι, πλὴν τῶν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται, λέγων δὴ τὰς ἑταίρας. Αὗται γὰρ ἐμφανῶς φοιτῶσι πρὸς τοὺς διδόντας, κ. τ. λ., ubi parva pecuniae mulcta ita expli-

catur, quod fortasse illis temporibus rarum esset argentum (1). Aeschines vero τὰ μέγιστα ἐπιτίμια in προαγωγείαν constituta dicit (2). Vis autem illata ideo Soloni minore poena quam ipsum adulterium plectenda videbatur, quandoquidem putabat, ut Lysiae utar verbis, τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ, ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι· τοὺς δὲ πείσαντας, οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥστ' οἰκειοτέραν αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας, ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι, καὶ τοὺς παῖδας ἀδήλους εἶναι ὁποτέρων τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν ἀνδρῶν, ἢ τῶν μοιχῶν· ἀνθ' ὧν ὁ τὸν νόμον τιθεὶς θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν (3). Duplex autem damnum, quod in praecedentibus oratoris verbis memoratur (4), Meiero et Schömanno eo referendum esse videtur, ut si praeter vim illatam aliud damnum intulerit reus, hoc aestimaretur et duplici sarciretur mulcta (5). Videtur tamen ea res etiam aliter explicari posse. Ut enim apud Romanos ipsa *poena* nonnunquam *damnum* di-

---

(1) *Plutarch.* Sol. 23. ibique Intt. Cff. *Pratejus*, Jurisprud. Vet. p. 434. *Platner*, der Process u. die Klagen bei den Attikern. V. II, p. 210 sqq. (2) *Aeschines*, p. 40. (3) *Lysias*, p. 38. (4) Verba haec sunt: νόμος κελεύει, ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον, ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν· ἐὰν δὲ γυναῖκας, ἐφ' αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. οὕτως τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας. τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην· ἡγούμενος κ. τ. λ. sequuntur verba, quae in contexta oratione attuli. (5) *Meier* et *Schömann*, p. 545.

cebatur, neque tantum hac mente de pecuniae, verum etiam de existimationis damno sermo habebatur, ita quoque voce βλάβη idem quod verbo ζημία significari poterat apud Graecos, eo magis cum hoc verbum itidem et mulctam et damnum significaret. Neque certum est, quod Meierus et Schömannus statuunt, Lysiae aetate mulctam ex lege irrogandam vi illata adhuc eandem fuisse ac tempore Solonis. Dupla poena ceteroquin ipsa poena a Solone constituta intelligi poterat: erat enim fortasse vis in liberam mulierem illatae poena dupla ejus, quae propter servam corruptam constituta erat. (1).

Praeterea, si Comicis Latinis habenda fides, novae Comoediae certe temporibus, ille qui ita rem cum puella habuerat, si coelebs etiam nunc erat, et connubium inter eos obtinebat, ut eam uxorem duceret, a puellae κυρίῳ cogi potuit (2).

Quantam curam civitas ἐπικλήρων gesserit, maxime

---

(1) Cf. *Reiskii* interpret. Latina, Orator. Vol. VI: p. 358. cum notis ad *Lysiam*, p. 38, quae tamen non ab omni parte probandae esse videntur. Cf, etiam L. 8. pr. D. *de poenis*. L. 17, § 18. D. *de Aedil. edict*. L. 2. C. *de modo mulctae*. L. 2. C. *de commerc. et mercat*. (2) Vidd. e. g. *Terent*. Adelph. IV, 7, 6 sqq. *Plaut*. Aulul. IV, 10, 62. Cff. *Dinarchus*, p. 17 *Reiskii:* ὑμεῖς Εὐθύμαχον θανάτῳ ἐζημιώσατε, διότι τὴν Ὀλυνθίαν παιδίσκην ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος. De Byzantinorum in raptum lege, *Achill. Tat*. II, 13, ibique Intt.

in nuptiis ineundis iisque a maritorum aliorumque avaritia defendendis, Paragraphis de Nuptiis atque de Adoptione jam exposuimus. His omnibus praefuit Archon et unicuique extra periculum et aquam, ut ibi pluribus enarravimus, earum causam suscipere licuit.

Curam praeterea peculiarem gerere debebat Archon, jubente lege, τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων, καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων, φάσκουσαι κυεῖν. τούτων ἐπιμελείσθω, καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν περὶ τούτους. ἐὰν δέ τις ὑβρίζῃ, ἢ ποιῇ τι παράνομον, κύριος ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος. ἐὰν δὲ μείζονος ζημίας δοκῇ ἄξιος εἶναι, προσκαλεσάμενος πρόπεμπτα, καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος, ὅ, τι ἂν δοκῇ αὐτῷ, εἰσαγαγέτω εἰς τὴν ἡλιαίαν· ἐὰν δ' ἁλῷ, τιμάτω ἡ ἡλιαία περὶ τοῦ ἁλόντος, ὅ, τι χρὴ αὐτὸν παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι. (1).

Poena ὕβρεως, quae tam severa erat apud Athenienses et ab unoquoque civium peti poterat in delinquentem, praecipue quoque feminarum prospexit securitati, quippe disertis verbis una cum impuberibus prae reliquis enumerantur mulieres (2), quam legem tanta severitate vindicaverunt Athenienses, imprimis, ut videtur, quod ad feminas attinet, ut Themistium adeo Aphid-

---

(1) Verba legis apud *Demosthen.* p. 1076. (2) νόμος. ἐάν τις ὑβρίσῃ εἴς τινα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα, τῶν ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινὰ, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν. κ. τ. λ. *Demosthen.* p. 529. *Aeschin.* 41.

naeum, διότι τὴν Ῥοδίαν κιθαρίστριαν ὕβρισεν Ἐλευσινίοις, morte plecterent (1).

κάκωσις quoque uxorum valde acerbis puniebatur legibus: locus autem ei esse intelligebatur, ubi quis uxorem male habuisset, consuetudinem vel cum meretricibus vel etiam cum amasiis haberet, fortasse etiam si nuptialia, quae maritum decent, officia ei non praestitisset (2).

Actiones autem de his rebus instituebantur non ab ipsis feminis, quippe quae personam non habere intelligebantur, non magis quam impuberes et servi, verum ab ipsarum κυρίοις (3). Unica tantum ab hac regula fuisse videtur exceptio, ubi nempe imminens civitati damnum vel periculum esset deferendum, μηνύειν, impetrata antea dicendi venia, ἄδεια.(4). Hoc

(1) *Dinarch.* p. 17. Gravior tamen haec poena quodammodo ad concursum delictorum pertinere poterat, simul scil. violatis sacris. (2) *Diogen. Laërt.* IV, 17. *Alciphr.* I, 6. *Plutarch.* Sol. 20. Amator. Cap. 23. Lexicographi, v. κάκωσις. Cf. *Meier* et *Schömann*, p. 288. (3) Cf. *Platner*, der Process u. die Klagen. V. I, p. 92 sqq. ibique laud. *Gregorii Corinth.* comment. ad *Hermogen. Reiskii* V. VIII, 928 de συνηγόρῳ feminis etc. ex lege dando. (4) Haec tamen vox saepius usurpatur sensu magis generali. Cf. *Lysias*, p. 48, qui locus ob alias quoque causas in hoc specimine examinatus, notatu dignus est. Orator postulans mariti tori violati vindicis impunitatem, ait: ἐγὼ μὲν οὐκ ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ νομίζω ταύτην γενέσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἁπάσης. οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες, οἷα τὰ ἆθλα πρόκειται τῶν ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς

tamen num proprie jus agendi dici possit, dubitandum est, sicut etiam a jure testimonii dicendi in judicio nonnunquam ex nostris quoque legibus jus in judicio aliquod factum declarandi distinguitur (1). De jure autem testimonii dicendi jure Attico feminis non concesso, diximus jam Capite I (2).

§ 2.

De feminarum coërcitione.

Antiquissimis jam temporibus satis dissolutum fuisse Atheniensium mulierum genus, ex omnium Solonis de iis latarum legum ratione abunde patet, quippe quibus severe feminarum licentiam coërcere fuit conatus; nec tamen id efficere ipsis his legibus potuisse videtur, ut illae satis in ordinem cogerentur, cum posterioribus

---

τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσουσιν, ἐὰν καὶ ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας. εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὲν φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν πολλὴν ἄδειαν ποιήσουσι.

(1) Cf. e. g. Cod. poen. quo in civitate nostra adhuc utimur, art. 28: » quiconque aura été condamné à la peine des travaux forcés.... ne pourra jamais être... employé comme témoin dans les actes, ni déposer en justice autrement, que pour y donner de simples renseignemens.” (2) Cf. tamen *Demosth.* p. 852, 854, 860, 1150, 1279.

reipublicae temporibus aliae interdum ferri deberent tum leges tum psephismata, quibus denuo earum licentiae atque luxuriae modus imponeretur. Audiamus Plutarchum, ita Solonis hac de re exhibentem leges, ut ipsam plane referant antiquitatem, et omnino conveniant cum iis, quae de feminarum indole paulo ante narraverat, Epimenidis mentione facta, qui multum Solonem adjuverat in legibus ferendis, tum aliis in rebus, tum maxime quoque τὸ σκληρὸν ἀφελὼν καὶ τὸ βαρβαρικὸν, ᾧ συνείχοντο πρότερον αἱ πλεῖσται γυναῖκες (1).

Primum igitur, narrante Plutarcho, Solon profectiones mulierum luctusque et festa lege adstrinxit, inconditam licentiam coërcente. Proficiscenti foras tres non amplius stolas permisit habere, neque plus cibi vel potus secum efferre quam obolo emtam: neque calathum, cubitali majorem, nec de nocte, nisi curru vectam, ad lucernam iter facere. Praeterea lacerationes plangentium, ploratum excitantia, et ejulatum in aliorum funeribus sustulit: parentare bove interdixit, vel amplius quam tres vestes cum mortuo condere: ad aliena autem monumenta, nisi in exsequiis accedere (2).

In his ea, quae de feminarum profectionibus dicta sunt, intelligenda videntur vel de earum peregrinationibus vel de absentia ex urbe festorum opportunitate,

(1) *Plutarch.* Sol. 12. (2) Eod. Cap. 21.

quae, ut in parte Literaria vidimus, summa cum licentia ab iis celebrari solebant, ut ipsi adeo civitati interdum periculosa existere possent, quae, cum reliqua Atheniensium morum vehementia conjuncta, Solonis hac in causa legibus ansam dedisse videntur (1). Cum vel sic ex ipsis hisce legibus abunde pateat, quam erronea eorum sit opinio, qui feminarum reclusionem apud Athenienses cum Orientalium comparaverunt ratione (2), quamvis ceteroquin secundum ipsorum Atheniensium mores, leges Solonis feminarum domi custodiae favebant, quod imprimis ex aliis quoque patet ejus legibus. Sic e. g. lex de sepultura atque exsequiis apud Demosthenem: τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον ὅπως ἂν βούληται. ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ, ᾗ ἂν προθῶνται, πρὶν ἥλιον ἐξέχειν. βαδίζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν, ὅταν ἐκφέρωνται, τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν. γυναῖκα δὲ μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος, μηδ' ἀκολουθεῖν ἀποθανόντι, ὅταν εἰς τὰ σήματα ἄγηται, ἐντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν γεγονυῖαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσί· μηδ' εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος εἰσιέναι, ἐπειδὰν ἐξενεχθῇ ὁ νέκυς, γυναῖκα μηδεμίαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσίν (3). Eodem perti-

(1) Cf. Partis hujus Dissert. Literar. Cap. IV. (2) Vid. e. g. *Böttiger* in Teutsch. Merkur. 1796. I, p. 23. (3) *Demosthen.* p. 1071. Etiam h. l. verba ἐντὸς ἀνεψιαδῶν, et quae mox sequuntur τὰς προσηκούσας μέχρι ἀνεψιότητος, sensu supra exposito intelligenda sunt. Ita quoque ea jam *Pratejus* intellexit l. l. p. 425. Rationem autem legis facile intelliget, qui legerit *Lysiam*, de caede Eratosth. p. 11.

net lex, quae non sinit in iis moechum deprehendere, *quae in lupanaribus corpore quaestum faciunt, vel in foro aliquid vendunt: ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου κάθωνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι* (1).

Accesserunt his aliae leges, quae feminarum *εὐκοσμίαν* tuebantur: referendum huc psephisma Philippidis, quo feminae inhoneste in publico se gerentes mille mulctabantur drachmis: (2) tum Lycurgi lex, qua mulieribus curru Eleusinem vehi interdicebatur, mille drachmarum poena in delinquentes constituta (3); quod maxime propter ingravescentem luxuriam videtur institutum, cum antea libere id facere liceret (4).

Maxime autem omnium severae erant in adulteras feminas Solonis leges: *ἐφ' ᾗ γὰρ ἂν μοιχὸς ἁλῷ γυναικί, οὐκέτ' ἔξεστιν αὐτῇ ἐλθεῖν εἰς οὐδὲν τῶν ἱερῶν τῶν δημοτελῶν, εἰς ἃ καὶ τὴν ξένην καὶ τὴν δούλην ἐλθεῖν ἐξουσίαν ἔδοσαν οἱ νόμοι, καὶ θεασομένην καὶ ἱκετεύσουσαν εἰσιέναι· ἀλλὰ μόναις ταύταις ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι ταῖς γυναιξὶ, μὴ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ. ἐὰν δ' εἰσίωσι, νηποινεὶ πάσχειν ὑπὸ τοῦ βουλομένου, ὅ, τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου. καὶ ἔδωκεν ὁ νόμος τὴν τιμωρίαν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ ἐντυχόντι. In qua enim muliere deprehensus fuerit adulter, ei in nullum templum populare licet ingre-*

(1) Verba legis apud *Demosth.* p. 1367. (2) *Crobulus* Comicus apud *Harpocrat.* v. ὅτι χιλίας. *Suid.* eod. (3) *Ps. Plutarch.* vita decem Rhetor. p. 348. *Reisk. Böckh*, Staatshaush. I, 404. (4) Vid. e. g. *Demosth.* p. 565. *Aristoph.* Plut. 1014.

di, cum in ea et peregrinis mulieribus et servabus liberum aditum praebuerint leges, tum spectandi tum supplicandi gratia: solas istas mulieres ingressu publicorum fanorum leges prohibent, in quarum aliqua adulter fuerit deprehensus. Sin ingressae fuerint, contemtis legibus, impune quovis modo coërcere licere, vitae modo parcatur, et puniendi eas potestatem lex cuivis obivo dedit (1). Similiter Aeschines, ubi celebratissimo loco pristinorum Atheniensium laudat continentiam atque accerrimam bonorum morum disciplinam: ὁ δὲ Σόλων, ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος, γέγραφεν ἀρχαίως καὶ σεμνῶς περὶ τῆς τῶν γυναικῶν εὐκοσμίας. τὴν γὰρ γυναῖκα, ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ κοσμεῖσθαι, οὐδὲ εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι, ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ. ἐὰν δ' εἰσίῃ ἢ κοσμῆται, τὸν ἐντυχόντα κελεύει καταῤῥηγνῦναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὸν κόσμον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τύπτειν, εἰργόμενον θανάτου, καὶ τοῦ ἀνάπηρον ποιῆσαι· ἀτιμῶν τὴν τοιαύτην γυναῖκα, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον αὐτῇ παρασκευάζων. *Solon autem, legislatorum celeberrimus, scripsit more antiquorum et graviter de disciplina matronarum. Mulierem enim, in qua adulter deprehensus fuerit, ornari non sinit, nec in fana publica intrare, ne suo interventu integras matronas corrumpat:*

---

(1) *Demosth.* p. 1373. Cf. p. 1374, ubi ipsa legis verba afferuntur: μηδὲ τῇ γυναικὶ ἐξέστω εἰσιέναι κ. τ. λ. De tota autem re vid. *Platner*, der Process. etc. V. II, p. 206 sqq.

quod si intraverit aut sese ornaverit, *quemvis dilacerare ejus vestimenta et ornatum diripere jubet*, *eamque verberare*: *hactenus tamen*, *ne vel occidat vel mutilet*: *eo modo talem mulierem omni dedecore afficiens et vitam non vitalem ipsi reddens* (1). Nec marito amplius talem uxorem in matrimonio habere permittebatur; quod si fecisset, *ἀτιμία* notabatur (2).

Ipsos vero adulteros impune interficere licuit (3),

---

(1) *Aeschines*, p. 176. (2) *Demosthen*. p. 1374: *ἐπειδὰν ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί, ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω.* Hac de re jam in § *de Divortiis* diximus. (3) *Demosthen*. p. 637. *Lysias*, de Eratosthenis caede, passim. *Plutarch*. Sol. 23. Cf. *Taylor*, Lectt. Lysiac. *Reisk*. p. 300 sqq. Verba legis apud *Demosth*. p. 637 haec sunt: *ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων.... ἢ ἐπὶ μητρὶ ἢ ἐπ' ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ κ. τ. λ.. τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείνοντα.* Cf. *Petitus*, p. 618. De jure impune occidendi moechum in pellice deprehensum, nonnulla jam dicta sunt supra in § *de Nuptiis*. Cf. *Lysias*, p. 34. Verba *Plutarchi* in Solone: *μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκεν*, itidem jam retulimus in § 1 hujus capitis IV. — *Pratejus*, p. 434 contendit, jus occidendi adulteros *cuilibet*, non unice *laeso* fuisse, quam sententiam, *Petitum* magis sequens, impugnavit *Pirmez* in Dissert. supra laudata: De marito tori violati vindice, p. 1 sqq. *Pratejus* legem apud *Demosthenem*, p. 637 memoratam, p. 394 inter Draconis leges recenset. Cf. *Petitus*, p. 559 et 562. de loco *Pausaniae* in Boeot. cap. 36, et de *Lysiae* loco, p. 31 sqq: *τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν, ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται*: tum de *Lysiae* loco altero, p. 48: *ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ, τι ἂν βούληται χρῆσθαι.* De adulterii poena in reliqua Graecia, quae ubivis erat maxima (*Lysias*, p. 5) vidd.

vel peculiari et ignominioso poenae genere, παρατιλμῷ et ῥαφανιδώσει dicto, afficere (1), quam tamen saepe pecunia, vadibus datis, redimere solebant moechi (2). Delationes autem adulterii, quae satis frequenter Athenis obtinuisse videntur, πέμπτῃ φθίνοντος magistratibus tradebantur (3).

Inter peculiares porro feminarum poenas referenda ea, quam legislatoris humanitas in eam sancivit, quae consilio abortum (ἐξάμβλωσιν) fecisset, de qua tamen poena, cum nobis perierit Lysiae vel cujuscunque sit, περὶ ἀμβλώσεως oratio, non satis constat (4).

Quod si actiones contra feminas essent instituendae propter unum alterumve delictum, ipsae cum non haberent personam standi in judicio, semper κύριος, vel si peregrina esset, προστάτης cum accusata in judicium vocari solebat (5). Sic Pericles, cum Aspasia ἀσεβείας esset accusata, ipsius causam gessit (4); Hyperides, cum Phryne ejusdem criminis esset rea, ejus patroci-

Meier et *Schömann*, l. l. p. 330 sq. Cl. *van Limburg Brouwer*, Civilisation des Grecs, V. IV, p. 159. *Wachsmuth*, Hellen. Alterthumsk. II, 1. p. 184. (1) Vidd. de hac poena Schol. ad *Aristoph*. Plutum, 168. Eccles. 722. Nubes, 1083 sq. Intt. ad *Hesych*. v. Λακίαδαι, et ad *Suidam*, v. Ῥαφανίς. (2) *Lysias*, p. 28. *Demosth*. 1367. (3) *Menander* apud *Suidam*, v. πέμπτῃ φθίν. (4) *Lysiae* fragm. p. 8. *Reisk*. *Meier* et *Schömann*, p. 310. *Wesseling* ad *Petit*. p. 630. (5) Schol. ad *Aristoph*. Equit. 965 sq. *Suidas*, v. Σμηκίθης. *Heinsius* ad *Hesiod*. Opp. et Dies, vs. 406. (6) *Plutarch*. Pericl. 32.

nium suscepit (1). Alia praeterea actionum in feminas exempla sunt *γραφὴ ξενίας* in Neaeram, *Φαρμάκων*, aliarum in alias feminas, de quibus pro parte jam supra Capite I dictum est (2).

Si vero femina condemnata supplicio erat afficienda, hoc ei concessit legis humanitas, ut si gravida esset, non antequam peperisset, poenae tradere ipsam liceret (3).

Quantam autem curam Solon feminarum impenderit *εὐκοσμίᾳ*, hinc maxime patet, quod peculiares adeo magistratus, qui ejus curam gererent, instituit, *γυναικονόμους* et *γυναικοκόσμους* dictos. Quorum quodnam munus fuerit, accurate describere propter antiquorum silentium difficillimum est. Ex ipso nomine jam ad eos curam publicam morum feminarum earumque honestatis pertinuisse, facile patet. Classicus de his magistratibus locus est Pollucis: *Γυναικόκοσμοι μὲν ἀρχοὶ ἐπὶ τοῦ κόσμου τῶν γυναικῶν. τὰς μὲν ἀκοσμούσας ἐζημίουν, καὶ τὰς ζημίας αὐτῶν γράφοντες, ἐξετίθεσαν ἐπὶ τῆς πλατάνου τῆς ἐν Κεραμεικῷ οἱ εἴκοσι* (4). *τούτους εἵλοντο, μετὰ τῶν τρίακοντα τῆς πολιτείας, καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητῶν, ἀριστίνδην ἐκλεξάμενοι* (5). Nec

(1) *Athen.* XIII, 59. (2) Cf. hac de re *Platner*, der Process. V. I, p. 87 sqq. (3) *Aelian.* V. H. V, 18. *Plutarch.* de Sera Numinis Vind. VIII, p. 183 *Reisk.* Anonym. Proll. Rhet. 25 apud *Meurs.* Them. Att. II, 9. (4) De hujus vocis conjunctione vel cum iis quae praecedunt, vel cum iis quae sequuntur, contra *Meurs.* Att Lectt. L. II, C. 5, animadversiones adjectae sunt in notis ad *Sigonium*, Opp. Vol. V, p. 178. (5) *Pollux*, VIII, 9. 32. Cf.

Atheniensibus tantum erant proprii hi magistratus, verum pluribus Graeciae civitatibus communes (1), atque ab Aristotele ad Aristocratiam potissimum pertinere dicuntur (2). Spartae iidem magistratus vocabantur ἁρμόσυνοι, aliis locis τεμπεῦροι nuncupabantur (3). Praeterea ad illorum provinciam pertinebat convivia et alios conventus inspicere et nimiam in iis coërcere luxuriam: ὅτι δ' ἦν ἔθος τοὺς γυναικονόμους ἐφορᾶν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν τῶν κεκλημένων τὸν ἀριθμὸν, εἰ ὁ κατὰ νόμον ἐστὶ, Τιμοκλῆς ἐν Φιλοδικαστῇ φησιν.... καὶ Φιλόχορος ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος· οἱ γυναικονόμοι μετὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους ἔν τε τοῖς γάμοις καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις (4).

Ex his autem omnibus, quam parum universe jus Atticum feminis faveat, abunde, ni fallor, patebit. Eousque tantum earum habetur ratio, quatenus per viros cum societate cohaerent et vel legitima parienda prole civitati prosunt, vel incontinentia reipublicae et

---

Hesych. v. Πλάτανος· δένδρον, πρὸς ὃ οἱ γυναικονόμοι τὰς ζημίας ἐν λευκώματι ἐξετίθεσαν. Cave autem ne verba: ἐπὶ τοῦ κόσμου etc. de *ornatu* atque nescio quibusnam *fucis*, cum *de Pauw* aliisque accipias, cum procul dubio ad *honestatem* et *justum ordinem* pertineant. (1) *Menander* Rhetor apud *Meurs.* Attic. Lectt. II, 5. *Plutarch.* Sol. 21. (2) *Aristot.* Polit. IV, 15. VI fine. (3) *Hesych.* v. ἁρμόσυνοι, ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι, ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν. Idem: τεμπεῦροι, ἀρχὴ ἐπιμελουμένη τῆς τῶν γυναικῶν εὐκοσμίας. (4) *Athen.* VI, 45, 46, et fragmenta ibi citata.

viris nocere possunt. In jure publico pro nullis habentur. Solarum ἐπικλήρων melior erat conditio, quae tamen magis propter civitatem, ne scilicet gentes interirent et sacra atque religiones cum iis conjuncta ita perirent, quam propter ipsas hasce puellas ita fuisse instituta, totius juris Attici docet indoles. In jure hereditario praecipue, ut vidimus, iniqua earum erat conditio, quae omnia quantopere cum reliquis Atheniensium de feminis opinionibus earumque conditione domestica conveniant, ex parte literaria hujus Dissertationis intelligitur (1), ita ut hac quoque in causa jus Atticum optimum atque certissimum se nobis praebeat ipsorum Atheniensium morum interpretem. —

(1) Cf. imprimis Cap. V.

QUAESTIONES.

I.

L. 89. D. *de legatis* III: »*Si vero verbis quidem conjunctus est, re autem non, quaestionis est an conjunctus potior sit? et magis est ut et ipse praeferatur,*" — non de jure accrescendi, sed de jure caduca vindicandi, a lege Papia sancito, intelligimus.

II.

Divortium Carvilianum non primum fuit apud Romanos.

III.

Romani Philosophiam nunquam habuerunt domesticam, quae in eorum Jurisprudentia maxime sese manifestavit; planeque eorum indoli conveniunt, quae L. 1, § 1. D. *de Justit. et Jure*, leguntur. Cff. Instit. init. L. 10, § 2. D. *de Justit. et Jure*. L. 2. D. *de Legg. SCtis.*

IV.

Lex duodecim Tabularum: »*mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento,*" ex Jure Attico est desumta.

V.

Senatusconsulta libera republica omnino vim legis habuerunt.

VI.

Falsa sunt et contra Juris Attici principia, quae de Cimone propter consuetudinem cum sorore in exsilium ejecto, posteriores nugantur Grammatici. Vid. e. g. Suid. v. Κίμων. Pseud. Andocid. p. 129.

VII.

Commentitia nec Juri Attico convenientia sunt, quae de Socratis et Euripidis διγαμίᾳ narrantur.

VIII.

Nec unquam lex, quae talia permitteret, Athenis exstitit.

IX.

Non adsentimur Schillero: »*Drakons Gesetze sind der Versuch eines Anfängers in der Kunst, Menschen zu regieren. Schrecken ist das einzige Instrument, wodurch er wirkt. Er straft nur begangenes Uebel, er hindert es nicht, er bekümmert sich nicht darum, die Quelle desselben zu verstopfen und die Menschen zu verbessern. Einen Menschen aus den Lebendigen zu vertilgen, weil er etwas Böses begangen hat, heisst eben so viel, als einen Baum umhauen, weil Eine seiner Früchte faul ist.*"

X.

Errat Demosth. *contra Leptin.* p. 504, 15. a Solone simplices tantum poenas esse constitutas.

XI.

Quamvis in Platonis libris tum de Republica tum de Legibus plurima occurrant praecepta, quae egregie valent ad hominem vere excolendum, non tamen recte perspexit indolem politicae Platonicae Rossavius *Emile* T. I, p. 27: »*Voulez-vous prendre une idée de l'éducation publique? lisez la République de Platon. Ce n'est point un ouvrage de politique, comme le pensent ceux qui ne jugent des livres que par leurs titres: c' est le plus beau traité d' éducation qu' on ait jamais fait.*"

XII.

Platonis et Ciceronis cum de Republica tum de Legibus operibus inter se comparatis, universe illa ethica, haec politica dicenda sunt magis.

XIII.

Ciceroni *de offic.* I, 17: *prima societas in ipso conjugio est: proxima in liberis: deinde domus.... Sequuntur fratrum conjunctiones: post consobrinorum sobrinorumque* etc. auctor Graecus et jus succedendi Atticum ob oculos fuisse videtur.

XIV.

Quamvis ex juris criminalis principiis non tantum noxia, verum etiam impia et inhoneste facta interdum recte puniri possint, hoc tamen non nimis extendendum, sed ad ea potissimum restringendum, ubi publice pietas atque honestas laeditur, vel reipublicae periculum est timendum. Neque tunc semper, ubi mitiora adsint adminicula, poenae sunt infligendae.

XV.

Legumlatores Francici in juris puniendi fundamento poenarumque fine constituendis, parum sibi constitisse videntur.

XVI.

Tantum abest ut Statistica homines pecudum instar ad numeros unice exigeret, ut interiorem potius populorum vitam atque rationem sibi subjectam habeat materiam.

XVII.

Filius donatarius, renuntians hereditati patris donatoris, Jure Francico retinere donationem nequit ultra partem disponibilem.

XVIII.

Uxor, quamvis bonis separata, absque mariti vel judicis auctoritate, ex Jure Francico mutuum contrahere nequit.

XIX.

In famulorum locatione conductione, si neque tempus adjectum, neque operae determinatae sunt, Jure Francico quisque pro lubitu a contractu discedere potest.

XX.

Minor, 16 annis major, qui secundum art. 904 Cod. civ. franc. de parte dimidia bonorum testamento disponere potest, de quibus universis disponere potuisset, si major esset, ubi de majore parte disposuerit, et deinde majorennis moriatur, testamentum quoad partem illam majorem valere nequit.

DISSERTATIO LITERARIA INAUGURALIS

DE

CONDITIONE DOMESTICA

FEMINARUM ATHENIENSIUM.

DISSERTATIO LITERARIA INAUGURALIS

DE

CONDITIONE DOMESTICA FEMINARUM ATHENIENSIUM,

FLORENTIS IMPRIMIS REIPUBLICAE TEMPORIBUS,

QUAM,

QUOD DEUS BENE VERTAT,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITERIS HUMANIORIBUS

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLENNI EXAMINI SUBMITTIT

DIDERICUS JANUS VAN STÉGEREN,

ZWOLLANUS.

DIE XVII M. APRILIS, MDCCCXXXIX, HORA XI.

ZWOLLAE,

Typis D. VAN STÉGEREN.

MDCCCXXXIX.

PATRI

OPTIMO, CARISSIMO

SACRUM.

PRAEFATIO.

Pauca habeo, quae tecum, Lector, communicem: ante omnia autem caveas velim, ne hanc conscripsisse me putes Dissertationem, ut inanem nescio quam captarem gloriolam: eo unice proposito scripsi, ut legi morique Academico satisfacerem. At quid tu, inquis, adolescente aetate argumentum tibi elegisti, in quo elaborando doctissimi atque sagacissimi sudaverunt viri? quid tu ultro onus suscepisti, longe longeque humeris tuis majus? Arrogantiae speciem, confiteor, haec prae se ferunt: quod tamen vitium

— procul afore chartis,
Atque animo prius, ut si quid promittere de me
Possum aliud vere, promitto.

Sed breviter, quid rei sit, exponam tibi, nec verbum celabo. Ante hos duos et quod excurrit annos, argumentum Dissertationi quaerens, incidi in PLUTARCHUM; *mox consilium cepi scribendi de princi-*

piis, quae ille in Vitis conscribendis est secutus. Quo proposito legi relegique auctorem omnium jucundissimum, nec satiari potui percipiendâ divinâ singularis prorsus historici praestantiâ. Per quatuor igitur menses assidue opus urgebam, cum forte fortuna Heemskerkium, *nostrae item Academiae alumnum, Amstelodami tum degentem, eidem argumento operam navare intelligerem. Rogatus ille respondit mihi, se prorsus idem tractare argumentum, eandem adeo quam ego constitueram, fecisse opusculi distributionem, et tantum non totum jam absolutum habere Specimen. Perculsus animo, Cl.* Heusdium, *Promotorem optime de me meritum, adeo: hic dissuadere, ne de eodem argumento, eodem proposito, eadem adeo distributione ac normâ Dissertationem conscriberem: ego vero peritiori, quique praeterea jam totum fere absolvisset Specimen, cedere malle. Verbo, argumentum quamvis jucundissimum, missum feci, atque aliud quaesivi.*

Juridica me deinde studia a disputatione conficienda aliquamdiu retinuerunt, cum tandem, argumentum quaerens quod duplici inserviret Specimini, tum Literario, tum Juridico, in hanc inciderem materiam, quae ad feminarum apud Athenienses conditionem referretur. Hanc vero, urgente tempore, citius quam initio ipse decreveram, elaborare atque edere debui. Tu ergo Lector, juvenile hoc specimen benevole accipias quaeso, illudque ea, a qua jure nostrae literae nomen habent, legas atque dijudices humanitate.

Absoluta demum Dissertatione et tantum non prelo mandata, ad me pervenit V. Cl. Bruweri *li-*

ber, quem dudum exspectaveram, quippe in quo meum tractari argumentum sciebam: Histoire de la Civilisation morale et religieuse des Grecs, *Vol. IV, Gron. 1838. Qui liber, etsi, sero mihi traditus, non eam praebere potuit utilitatem, quam ceteroquin ex V. Cl. eruditione percepissem, vel sic tamen, ut paulo fidentius hanc ederem Dissertationem, ideo fecit, quod in gravissima disquisitionis parte plane me cum V. Cl. consentire laetus cognovi.*

Hoc vero jam specimine conscripto, cum ad metam stadii Academici pervenerim, in quo per septem annos excurrere mihi dedit optimi Patris summa liberalitas, in jucundissimi temporis redeunti memoriam, Vos mihi primo loco animo obversamini, Praeceptores pie semper colendi! Vosque, Amici carissimi! quibus, si quid de me promittere audeam, quod quam exiguum sit penitus sentio; sed si non prorsus videar Vestra institutione, Vestra amicitia indignus, totum hoc Vobis gratus refero. Primum igitur Vos mihi salvete, Praeceptores optimi! qui in quocunque tandem disciplinarum doctrinarumve genere, inde a Zwollana puerili institutione, duces atque auctores mihi exstitistis egregii. Vos imprimis, VV. DD. Thierbouti *atque* Snelli! *qui in Gymnasio, quod Zwollae est, liberrima institutione primum in me excitastis literarum amorem, excitatum vero aluistis semper atque corroboravistis; quique deinde, cum jam in Academiam essem profectus, semper mihi exstitistis fautores atque amici, — Vos igitur gratissimi animi pro tot tantisque in me collatis beneficiis significationem acci-*

piatis. In difficili atque improbo saepe munere recte factorum semper Vos erigat atque confirmet conscientia, Vobisque ita persuasum habeatis, me Vestrae institutionis Vestraeque amicitiae semper gratissimo pectore esse recordaturum. Optimi autem LEENII, *acerbo jam nobis erepti fato, molliter ossa cubent!*

Ad Vos jam me convertens, VV. Clarissimi! qui me postquam in hanc deveneram Academiam, ad interiora disciplinarum scientiarumque penetralia divinitus obtigistis antistites,

τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;

Vos autem prae reliquis nominatim compellare liceat, Triumviri Cll. HEUSDI, SCHRÖDERE *atque* GOUDOEVERE, *quorum in me benevolentiae atque humanitatis singularis quot quantaque exstiterint documenta, dici vix potest. Quibus omnibus tamquam gratissimus accessit cumulus, tum Cl.* HEUSDII *atque* SCHRÖDERI *per plures continuos annos institutio privata, tum quod Cl.* GOUDOEVERUS, *amicum potius credo* ENNONIS, *praestantissimi filii, qui nuper eheu! omnibus bonis flebilis occidit, quam mea scilicet merita respiciens, semper optimis monitis, paternis consiliis praesens mihi adfuit. Non mei est tales tantosque laudare Viros: at praedicare eorum benevolentiam, at palam agnoscere eorum humanitatem, gratissimi pectoris jubent sensus. Vos igitur cuncti, VV. Cll. hanc grati animi significationem ne dedignemini. Sin minus multa, pro mea nempe tenuitate, at hoc certe Vestrae institutioni acceptum*

refero, ut gratum animum pulcerrimum semper ingenui decus sim putaturus. Vos omnesque Vestros optimis quibusque diutissime donet D. O. M. in hujus Academiae atque humanitatis emolumentum enixe precor!

Jam Vobis ultimo loco valedicendum, Amici dulcissimi! quin tamen ultimum iccirco locum, novistis enim, in meo animo tenetis. Plurimum enim, quidni palam profiterer? vestrae quoque debeo amicitiae, cum tales divino beneficio mihi contigerint amici, quibuscum utile dulci miscendo suavissime suavem vitam Academicam transegi. O noctes coenaeque deûm! *toties succurrit, quoties in illius felicissimi temporis redeam memoriam. Paucissimi Vestrum hic in Academia supersunt, plures jam per patriam disjecti: nonnullos acerbissima nobis morte ereptos, lugent omnes boni, luget ipse humanitatis Genius. At nos, qui superstites sumus, nos per varias vitae procellas, quae mox nos omnes excipient, pie sancteque semper colamus amicitiam, optimis auspiciis in Academico otio atque quiete inchoatam. Vos autem sitis quam felicissimi, duit summum Numen!* —

SPECIMINIS CONSPECTUS.

PROOEMIUM.

Etsi non adsentiamur summi Herderi verbis, nulla ex re verius atque melius de indole atque cultu, vel privati cujusque hominis, vel totius gentis judicari posse, quam e ratione qua feminae apud eos habeantur (1); tamen nemini, ni fallor, historiae animique humani paululum peritiori dubium erit, quin in historia humanitatis rite aestimanda feminarum conditio maximi momenti sit habenda. Quod ut de omnibus valet gentibus, ita imprimis de Graecis valere ob insignem quem in historia humanitatis occupant locum, omnes intelligunt. Quot vero auctores, tot fere hac de re diversae sententiae. Quibus rationibus inducto operae pretium mihi visum est, pro viribus paulo accuratius in totam rem inquirere.

Cogitanti autem, unde tam variae hac de re senten-

(1) *Herder*, Ideën zur Philos. und Gesch. V. II, p. 150.

tiae exstitissent, inde maxime repetendae mihi videbantur, quod fere non satis distinguebantur a se invicem tum tempora, tum varii quibus Graecorum natio constabat populi, quos imprimis in feminarum quoque conditione valde a se invicem fuisse diversos, satis constat. Antequam igitur transeam ad argumentum, quod in hac dissertatione tractandum mihi sumsi, breves observationes praemittere visum est de feminarum apud Graecos conditione, pro variis temporibus locisque varia; quo clariore luce, comparatione facta, feminarum Atheniensium florente republica appareat conditio, tum simul melius noster constituatur locus.

Et primum quidem antiquissima respiciamus tempora, quibus discrimen inter varias Graecorum tribus nondum ita obtinuit, sed omnes barbara et rudi fere conditione, vel certis destituti sedibus per Graeciam adhuc vagabantur, vel modo firma occupaverant domicilia. Hac igitur aetate, ut apud omnes populos eadem viventes conditione, miserrima feminarum erat conditio. Ad corporis vires, ad fortitudinem, per ipsum quod agebant vitae genus, omnia referebantur: debilioris sexus nulla nisi ad voluptates corporeas atque ad servitium ratio: plane despotica patrum in filias, maritorum in uxores, in quas crudelissime interdum saeviebant, dominatio. Filiae universe oneri habebantur propter difficilem earum custodiam, unde crebrae earum a parentibus expositiones, quod disertis verbis

Atalantae declarabat pater, dicens viris non feminis sibi opus esse, cum filiam exponeret (1).

Variae quae in traditionibus aliisque de hoc aevo mythis occurrunt narrationes, nisi per se satis res appareret, tristissimam hanc testantur conditionem; quas licet fabulas esse magna ex parte concedamus, vel sic tamen temporis ingenium per ipsas has fabulas atque traditiones satis declaratur. Ad hanc aetatem pertinent narrationes de Acrisio, qui filiam cum puerulo Perseo arca inclusam, maris fluctibus commisisse dicitur (2): de Tereo, qui sorore vitiata, linguam ei exsecaverit (3): de Aleo, rege Tegeae, filiam ex Hercule gravidam ob oraculum de ejus filio in mare projiciendam tradente (4). Patres et mariti de filiabus et uxoribus tamquam de rebus pro lubitu disponebant: uxores, teste Aristotele, a se invicem emebant antiqui illi Graeci (5), ita ut ipsius puellae nulla haberetur ratio. Thestius quinquaginta filias Herculi ad concubandum cum iis permittebat (6), quod ad hospitis officium pertinere interdum videbatur. Crebrae de immolatis virginibus traditiones, ut Laomedontis, filiam Hesionen propter oraculum

(1) *Aelian.* V. H. XIII, 1. (2) *Apollodor.* II, 4. (3) Id. III, 14. (4) *Alcidam.* in edit. orator. Attic. Reisk. VIII, 71. (5) *Aristot.* Polit. II, 6. - Legibus contra Solonis disertis verbis vetitum *οὔτε θυγατέρας πωλεῖν, οὔτ᾽ ἀδελφὰς, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην.* *Plut.* Sol. 23. (6) *Apollod.* II, 4. *Herodor.* apud. *Athen.* XIII, 4.

monstro objicientis marino, aliae. Leon adeo tres simul pro patria ultro obtulit filias, in cujus rei memoriam locus in Attica deinde Λεωκόριον vocatus est (1). Ipsi autem amori, affectui bruto, morbo vehementissimo, νοσήματι, ad corpus tantum pertinenti, variis modis, satis periculosis interdum, ut saltu Leucadico (2), mederi conabantur. Monogamia tamen, insignis illa gentium Europaearum nota, jam hisce temporibus obtinuisse videtur, quamvis viris summa erga alienas feminas concederetur licentia, uti ex Herculis, Thesei, aliorumque exemplis satis notum (3); et modo ne aliam praeter suam in aedes inducerent feminam mariti, non magnopere talem licentiam gravatae fuisse videntur uxores legitimae (4).

Haec igitur universe feminarum illo antiquissimo aevo apud Graecos conditio fuit. Apud Homerum vero, sive revera heroico aevo, procedente jam cultu atque humanitate, ita obtinuerit, sive nonnulla suavi poëtae debeantur fictioni, meliorem jam multis nominibus earum deprehendimus rationem, quamvis pristinae barbariei haud pauca supersint vestigia. Plane

---

(1) *Suid.* v. Λεωκόριον. Cf. *Demosth.* ed. *Reisk.* p. 1397. (2) Cf. hac de re *Schaefer* ad *Musaeum*, p. 282. (3) Vid. e. g. *Athen.* XIII, 4. Cf. *Jacobs*, verm. Schrifte IV, 215 sqq. (4) *Sophocl.* Trachin. 532 sqq. - Cf. imprimis de hisce temporibus V. Cl. *v. Limburg Brouwer*, hist. de la Civilis. des Grecs. V. I. p. 145-180 et auctores ibi citati.

patriarchica apud illum vivendi simplicitas: feminae, etiamsi semper inferiore loco, nec umquam supra matrisfamilias dignitatem, tamen jam multo magis sociae sunt maritorum. In thalamo fere degentes res curant domesticas, praesunt servis atque ancillis, vestes conficiunt maritis, quas varia adornant textura, utque semper nitidae sint, ipsae quoque regum filiae, ut Nasicaä curant. Liberorum curam gerunt, quos ipsae reginae, ut Penelope, Hecuba, lactant (1). Ipsa adeo Andromache Hectoris equos alit, et omnino summa earum rerum hisce Telemachi ad matrem continetur verbis:

'Αλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κόμιζε,
ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ἔργον ἐποίχεσθαι· μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί· τοῦ γὰρ κράτος ἔστ' ἐνὶ οἴκῳ. (2)

Ex quibus tamen simul, quanta adulti filii prae matre fuerit auctoritas, manifesto apparet, ita ut vel patri eam remittere, vel ipse maritum quemcunque vellet, matri dare posset; quamvis alio loco ipsius matris memoratur consensus, ubi Antinous Telemachum matrem dimittere jubet, atque cogere ut ei nubat, quem pater jubeat et qui placeat ipsi (3). Telemachus autem, quam-

---

(1) *Homer*. Odyss. XI, 449. Il. XXII, 81. (2) Odyss. I, 356. (3) Odyss. II, 114. Cf. Il. IX, 395. Odyss. III, 272.

vis talem in matrem habeat potestatem, magna semper veneratione magnoque eam prosequitur amore, et deorum furias hominumque metueret reprehensionem, si eam invitam domo expelleret (1).

Magna quidem virorum cum aliis feminis, captivis imprimis, licentia, ut Ulyssis cum Calypso, Circe, variorum Graecorum ad Trojam principum cum captivis suis; at vero plura jam apud Homerum exempla, ubi legitimae se iis opponunt uxores, uti ex historia Phoenicis satis notum (2). Laërtes quoque, etiamsi Eurycleam haberet servam carissimam,

εὐνῇ οὔποτ' ἔμικτο, χόλον δ' ἀλέεινε γυναικός (3).

Memorabilis praeterea summorum Homericorum heroum erga feminas reverentia, quae praecipue in Hectore elucet, qui semper *Τρῶας καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους* una memorat, imo Andromachae fatetur, se pudore erga Trojanos Trojanasque, quominus certamen detrectet, prohiberi (4). Aretae, Phaeacum reginae, summa apud universum populum est auctoritas, ita ut etiam lites virorum dirimat (5): Andromachae adeo mater regni erat particeps (6), et *αἰδοῖος*, *πότνια* solennia feminarum sunt epitheta (7). Universe, quod et ab aliis

---

(1) Odyss. II, 130 sqq. (2) Il. IX, 447. (3) Odyss. I, 43. Cf. *Athen.* XIII, 3. (4) Il. VI, 441. (5) Odyss. VII, 67 sqq. (6) Il. VI, 425. (7) Pertinet huc *κουριδίη ἄλοχος*, de quo vid. *Buttmann* Lexilog. I, 33 sq. *Döderlein* Lectt. Homer.

jam recte est observatum, Homerus sibi placet optima quaeque feminis tribuens: Penelope, Nasicaä, Andromache, Areta, ipsa adeo Helena ita occurrunt, ut non possimus non eas amare, ingentem admirati poëtam, qui tantam divinitatem cum tanta humanitate suavissime in iis conjunxerit. Quantum felicitatis nuptiis rite initis tribuerit Homerus, ex Ulyssis intelligitur ad Nasicaäm dicto:

—— οὐ γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον,
ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
ἀνὴρ ἠδὲ γυνή· πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσιν,
χάρματα δ' εὐμενέτῃσι· μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί. (1)

Et revera Ulyssis et Penelopae, Hectoris atque Andromachae mutuus amor egregia fidei conjugalis sunt exempla (2).

III, 8 et *Passow* in v. (1) Odyss. VI, 182. Cf. *Eurip.* Med. 14. (2) De Jovis cum Junone nuptiis et frequentibus, quae exercuere, jurgiis vid. *Fr. Jacobs*, Verm. Schrifte V. IV, p. 190 sq. Cf. *Solger's* nachgelassene Schriften V. II, p. 699 sq. » Zeus Ehe mit Hera ist das Symbol der Ehe überhaupt; sie wird in verschiedene Mythen auf verschiedene Weise erzählt, und Hera bald als Braut, bald als Frau, in den mannichfachen Lagen und verhältnissen des ehelichen Lebens dargestelt. Aber überall drückt sich der strenge Begriff der Ehe aus: Hera ist Hausfrau, nicht Geliebte; ihr Anspruch beruht auf dem Rechte, nicht auf der Gunst; matronale Würde bezeichnet sie. Merkwürdig ist

Quantopere autem Graecorum ratio in feminarum custodia ab orientalium differret reclusione, ex crebris ubi feminae libere in publicum prodeunt, apparet exemplis, cum festorum atque nuptiarum, tum calamitatis vel novae rei opportunitate, ubi ξύλλογοι γυναικοπληθεῖς saepius memorantur (1). Plerumque tamen honestas feminas velatas cum una pluribusve ancillis exeuntes videmus, ut Helenam (2), Andromachen, ubi cum filiolo et ancilla in turrim se confert de Hectore sciscitatura, alias (3). Innuptarum autem virginum, quod apud Lacedaemonios item obtinuisse mox videbimus, major etiam hac in re libertas, quas saepe extra thalamum deprehendimus, ut Nasicaä, quae cum ancillis ad vestimenta lavanda extra urbem procedit; Laestrigonum regis filia, quae sola aquatum ad fluvium exit; imo in scuti Achillis descriptione puellarum atque juvenum secum invicem saltantium inveniuntur chori (4). Memorandus quoque antiquae simplicitatis mos, quo virgines, regis adeo filiae, in balneo viros, imo juvenes, ut Telemachum, honoris causa lavabant

---

die Zanksucht, die ordentlich zu ihren Character gehört: dasz sie aus dem eigentlichen Begriffe der Göttin hervorgeht, beweist, dasz es Feste darüber gab. -- Diesz, wie der Hasz gegen die Zahlreichen Nebenweiber, gehörte zum Character der griechischen Hausfrau nach halborientalischer Sitte." (1) Il. III, 384. VI, 238. XVIII, 495. XXIV, 707. (2) Il. III, 80. (3) Il. VI, 399. (4) Il. XVIII, 590 sqq.

atque curabant (1), quod antiquissimum dicitur institutum, alibi quoque, ut in Sicilia, receptum (2).

Nonnulla omnino in hisce, imprimis in egregiis feminarum notationibus, ipsi tribuenda poëtae, et haud raro pristinae erga feminas severitatis inveniuntur exempla: absoluta semper patris in filias, praecipue in iis collocandis, potestas: pellicum frequens usus: feminae, regis adeo filiae, in servitutem redactae et rerum loco habitae (3): tristissima viduarum conditio, quia per maritos demum cum reliqua societate cohaerere videbantur, quod egregie vel ex Andromachae ad Hectorem intelligitur querela (4). At vero universe ex dictis, ni fallor, satis apparebit, conditionem feminarum apud Homerum multum jam ab ea quae antiquissimis obtinuit temporibus, in melius fuisse mutatam (5).

Temporum jam decursu ubi magis magisque sese explicuit variarum tribuum varia indoles, imprimis inter Doricum atque Jonicum orbem in feminarum conditione magnum apparet discrimen, quippe illi ad Romanorum potius, hi autem ad Asiaticorum magis accede-

---

(1) Odyss. III, 464. IV, 252. (2) *Athen.* I, 18. (3) Il. XXIII, 702. (4) Il. VI, 410 sqq. Cf. *Eurip.* Androm. 372. (5) Cf. de feminarum apud Homerum conditione *Lenz*, Gesch. der Weiber des heroischen Zeitalters; qui tamen meliorem quam revera fuisse videtur, eam exhibuit: *Fr. von Schlegel*, Sämmtl. Werke, IV, p. 66 sqq. *von Ramdohr*, Venus Uran. III, 1, p. 32-38. *Jacobs*, Verm. Schrifte, IV, 234 sqq. *Terpstra*, Antiquit. Hom. p. 104 sqq 238 sqq.

bant rationem. Magna apud illos inter innuptarum puellarum atque matronarum conditionem diversitas: illae enim longe majore quam hae gaudebant libertate (1), cujus plane contrarium apud Athenienses obtinuisse infra videbimus. Virgines aperta, nuptae autem mulieres velata facie in publicum prodire solebant, quia illae (prouti cuidam hujus moris causam inquirenti respondit Charilus) maritos quaerebant, hae vero hoc unice studebant ut suos servarent (2). Virgines tantum gymnastica et musica exercebantur, nuptae unice res curabant domesticas (3): libera puellarum cum juvenibus, imprimis in choris et festis, consuetudo (4), cui rei invidet Propertius, similes Romanis exoptans mores (5). In certaminibus porro non solum Spartae, sed pluribus praeterea in orbe Dorico locis virgines spectabant, etiamsi nuptae mulieres acerbis excluderenter legibus, ut Olympiae, ubi sub mortis poena nuptarum praesentia erat vetita (6).

---

(1) Vel sic tamen et nuptae mulieres Lacedaemone magis quam Athenis publicae vitae erant participes. Vid. *Plut.* Lyc. 26 fin. *Herod.* VI, 58. *Athen.* XIV, 30. (2) *Plut.* Lac. Apophth. p. 235. Reisk. (3) *Plato* de Legg. VII, p. 805. (4) *Eurip.* Androm. vs. 596 sqq. *Plut.* Instit. Lacon. p. 254. Apud Arcades idem obtinuisse testis est *Polyb.* IV, 21. (5) *Propert.* III, 12. (6) *Pausan.* V, 6, 5. *Plut.* Thes. 19. *Valcken.* ad *Theocr.* Adon. p. 196. Cf. *Müller* die Dorier. II, p. 262. Cl. v. *Limb. Brouwer.* l. l. V. IV. p. 132. — De certaminibus variis Graeciae locis in-

Jam si Lycurgi imprimis de institutione leges attendimus, in iis non minus puellarum, quam puerorum educationem videmus curatam, quam his verbis Plutarchus describit: Juvenilis institutionis exordium (quod maximum censebat Lycurgus et pulcerrimum esse legislatoris munus) altius repetens, statim curam egit nuptiarum et liberorum procreandorum. Neque enim, ut Aristoteles contendit, cum animum adjecisset componendis mulieribus, non potuit refrenare earum licentiam et auctoritatem ob frequentes virorum expeditiones, per quas cogebantur liberum iis relinquere arbitrium; quamobrem magis quam deceret, eas colebant dominasque appellabant. Sed et his, quatenus facultas ei fuit, prospexit: corpora virginum cursu, lucta, discorum et telorum jactu exercuit, ut ita ipsae fortes, validos quoque parere liberos possent. Remotis autem deliciis, umbratili vita, mollitie omni feminina, adsuefecit non minus puellas quam ipsos juvenes, nudas (1) pompam ducere, et in festis nonnullis coram juvenibus saltare atque cantare. Interdum quoque sales in quemcunque festive jacientes, perstringebant pec-

---

ter ipsas mulieres institutis, tum de pulcritudine, tum quoque, auctore *Theophrasto*, περὶ σωφροσύνης καὶ οἰκονομίας, vid. *Athen.* XIII, 90. (1) Inde δωριάζειν, τὸ γυμνὰς φαίνεσθαι τὰς γυναῖκας. *Suid.* et *Hesych.* in v. Cff. *Erasmus*, Adag. p. 318. Schol. ad *Eurip.* Hecub. 934, Auctt. citati ad *Anacreon.* ed. *Fischer.* p. 404. *Thucyd.* I, 6, *Manso*, Sparta I, 2, p. 162, sqq.

cantes, laudes contra carminibus compositas, in merentes recitantes, magno gloriae et honestatis studio juvenes incendebant. Cujus enim celebrata virtus fuerat, et qui inter virgines habebatur clarus, elatus illis laudibus abibat: facetiarum vero aculei et dicteriorum nihilo seriis castigationibus erant obtusiores, quoniam spectaculis illis cum ceteri cives, tum reges quoque et senatores interesse solebant. Nuditati autem virginum nihil inerat obscaeni, quoniam rubor aderat, aberatque libido; imo morum conciliabat simplicitatem et studium boni habitus, et omnino nobili aemulatione mulieres incendebat, quod nec ipsae societatis virtutis atque gloriae erant expertes. Unde et dicere et gloriari non dubitabant, quae de Gorgone, Leonidae uxore, literis prodita sunt, cui cum mulier peregrina diceret: » Solae vos Lacaenae imperium in viros habetis," » nempe solae, inquit, parimus viros" (1).

Nuptiae summo apud eos habebantur loco: unumquemque enim uxorem ducere jussit Lycurgus, quod ex veteri instituto per raptum fiebat. Illi vero qui nuptias non iniissent, a gymnopaediis arcebantur, a mulieribus quibusdam festis solennibus circum aram tracti colaphis caedebantur, et hieme per forum coacti circumire nudi atque carmina odiosa in se ipsos canere, tamquam qui jure plectebantur, per reliquam vitam ἀτιμίᾳ qua-

(1) *Plut.* Lycurg. 14. *Xenoph.* de Rep. Laced. init.

dam tenebantur (1). Erat praeterea ὀψιγαμίου et κακογαμίου δίκη: hac vero maxime petebantur illi, qui pro bonis et utilibus, divites potius ducebant uxores. Similiter etiam proci filiarum Lysandri puniebantur, cum, comperta viri paupertate, eas relinquerent (2).

Omnia vero ad civitatem cum referret Lycurgus, et imprimis liberorum spectaret procreationem, sterilem uxorem simpliciter dimittere, ut videtur, permisit (3), et praeterea, si quis liberos ex uxore sua non posset procreare, mutuo consensu alium praestantem ad eam inducere virum, ut ita pulcri et fortes patriae nascerentur liberi (4). Quod tamen institutum quominus magnopere mutüae fidei morumque noceret honestati, tum reliqua Lycurgi legum effecit severitas, tum mira quae dudum Spartae obtinuit morum simplicitas (5),

---

(1) *Clearch. Solens.* apud *Athen.* XIII, 2. *Plut.* Lyc. 15. (2) *Plut.* Lysandr. in fine vitae. Cf. *Manso*, Sparta I, 1. p. 140 sqq. (3) *Herod.* V, 39. VI, 61. (4) *Plut.* Lyc. 15. *Xenoph.* de Rep. Lacedaem. I, 7. (5) Omnia alia V. Cl. v. *Limb. Brouwer.* l. l. p. 165: » Aussi faut-il admirer la prévention des auteurs, qui, à l'exemple de Plutarque, après s'être extasiés sur la beauté des maximes du législateur spartiate, ajoutent, avec une naïveté en effet charmante, que, grâces à ses divines lois, on n'entendit jamais parler d'un adultère à Sparte. C'est comme qui diroit que dans une bande de brigands il n'y avoit pas un seul voleur.'' Cf. praeter auctt. ibi laudd. *Manso*, Sparta I, I. 144. Quibus minime adsentior: primum enim, quominus magnopere hac Lycurgi lege abuterentur, fecit mutuus consensus qui hac in re disertis verbis exigebatur, χεῖσαι τὸν

ita ut optimis reipublicae temporibus rarissimi Spartae adulteri (1) feminaeque Lacedaemoniae totius Graeciae optimae ab oraculo Delphico judicarentur (2). Memorandum quoque quod Plutarchus narrat, prouti inter pueros, ita quoque inter feminas sublimiorem illum obtinuisse amorem, qui apud Iones inter mares tantum habebatur, ὥστε καὶ τῶν παρθένων ἐρᾷν τὰς καλὰς καὶ ἀγαθὰς γυναῖκας, quod imprimis ad majorem Lacaenarum indolem rite aestimandam valere videtur (3).

ἄνδρα συνελθεῖν. *Plut.* Lyc. 15: πείσαντα τὸν ἔχοντα. *Xen.* de Rep. Laced. I, 7. quibus ipsa lex remedium sui quodammodo secum tulit. Deinde apud alios quoque populos, si non prorsus eaedem, at certe simillimae obtinuerunt vel leges vel consuetudines, sine ullo, ut videtur, morum detrimento. Vid. e. g. de Atheniensibus *Sopater* apud *Meurs.* Them. Att. I, 7: κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς νόμους ἐξῆν τοῖς ἀνδράσι τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἑτέροις ἐσκομίζειν. De Romanis *Plut.* Cat. min. 25. *Dio Cass.* XVIII, 44. *Strabo* XI, 9, 1, ubi apud Tapyros idem obtinere dicit. Cf. *Plut.* Comp. inter Lyc. et Num. C. 3. Eodem jure igitur quis eos ridere possit, qui mirantur quod per 230 annos nullum Romae obtinuerit divortium (quod tamen alias ob causas impugnari scio: vidd. auctt. citt. a Cl. *Holtio* in Historiae Juris Rom. Lineam. p. 26.) cum talis apud eos invaluerit mos. Unum et consentiens denique totius antiquitatis testimonium, quo florentibus Lycurgi legibus, summa Spartae regnabat morum integritas, rem evincere mihi videtur. Quare etiam v. Cl. sententiam (p. 166) ac si nulla Spartae nubilis inveniretur revera virgo, iniquam censeo; etiamsi mirifice conveniat cum Pataviae statuto, quo nulla puella ultra 20 annum virgo censebatur. vid. *Pagenstecher* de Jure Virginum § 6, p. 15. (1) *Plut.* Lyc. 15. (2) Schol. ad *Theocr.* XIV, 48. (3) *Plut.* Lyc. 18. Cf. eod. 26 fin.

Magna autem per haec omnia feminarum in maritos, in totam adeo civitatem vis (1). *Δεσποίνας* eas fuisse dictas et habitas jam vidimus (2): praeterea *καὶ θρασύτεραι λέγονται γίνεσθαι*, dicit Plutarchus, *καὶ πρὸς αὐτοὺς πρῶτον ἀνδρώδεις τοὺς ἄνδρας, ἅτε δὴ τῶν μὲν οἴκων ἄρχουσαι κατὰ κράτος, ἐν δὲ τοῖς δημοσίοις πράγμασι καὶ γνώμης μεταλαμβάνουσαι καὶ παῤῥησίας περὶ τῶν μεγίστων* (3). Nota matrum Spartanarum in filiis adhortandis, cum ad bellum proficiscerentur, fortitudo: nota universe ex historia Lacaenarum in rebus adversis magnanimitas (4): plurima quoque feminarum *ἐπὶ παιδεύσει μέγα φρονουσῶν* Spartae habebantur exempla, ut disertis verbis testatur Plato (5). Quae quo major feminarum erat auctoritas atque vis interna, eo magis sensim paulatimque moribus corruptis, praecipue post belli Peloponnesiaci tempora, civitati nocere coepit. Jam Plato nimiam feminarum Lacedaemone carpit licentiam (6): Euripides *ἀνδρομανεῖς* eas dicit, et saepius in earum invehitur impudentiam (7). Imprimis vero Aristoteles earum

---

(1) Mira hac de re et paradoxa v. *Ramdohr*. Ven. Ur. III, 1, p. 41, ubi contrarium defendit, quibus minime adsentiri possumus. (2) Thessalos itidem feminas ita dixisse testatur *Hesych.* v. *Δεσποίνας*, ibique Intt. (3) *Plut.* Comp. inter Lyc. et Num. C. 3, ubi vid. omnino comparatio inter Romanas atque Lacaenas. (4) Vid. e. g. *Plut.* Ages. 29. Lyc. 25. Agis 17, 18, 20. Cleom. 22. Pyrrh. 27, 29, et ejusd. Apophth. Lacaen. Cf. Cl. v. *Limb. Brouwer*. l. l. p. 100 sq. (5) *Plato* Protag. p. 342 D. (6) id. de Legg. p. 637 D. (7) *Plut.* Comp. Lyc. et Num. C. 3. *Eurip.* Androm. vs. 596.

auctoritatem maximum civitati damnum attulisse ait, omni intemperantiae et luxuriae generi indulgentium, cum maxime propter bonorum inaequalitatem avaritiam et partium studia alerent. Ex quinque enim totius agri partibus sua aetate duas fere penes mulieres fuisse affirmat (1), cum Lycurgi divisione septuaginta ad duodecim fuisset hac in re ratio (2).

Praecipue autem ex Agidis atque Cleomenis historia, quanta posterioribus reipublicae temporibus feminarum in rebus politicis fuerit auctoritas, manifesto apparet. Agis primum institutus erat, ut narrat Plutarchus, in divitiis et luxuria feminarum, matris Agesistratae et aviae Archidamiae, quae divitiis omnes Spartanos superabant (3). Summo studio conabatur deinde in suas partes traducere sororem Agesilai, quae multitudine clientum et amicorum et debitorum, plurimum in civitate pollebat, et multas gerebat res publicas (4). Cleomenes itidem plurima per matrem Cratesicleam perfecit (5), et feminae quoque egregie sibi erant consciae *τοὺς Λακεδαιμονίους κατηκόους ὄντας ἀεὶ τῶν γυναικῶν, καὶ πλεῖον ἐκείναις τῶν δημοσίων, ἢ τῶν ἰδίων αὐτοῖς πολυπραγμονεῖν διδόντας*; et idem Plutarchus plurimum divitia-

---

(1) *Aristot.* Polit. II, 9. Cf. *Manso* Sparta III, 1. p. 226 sqq.
(2) *Plut.* Lyc. 8. - Nec *ἁρμόσυνοι*, qui earum disciplinae curam gerere debebant, valde hanc licentiam refrenare potuerunt. Cff. *Hesych.* v. *ἁρμόσυνοι*. *Meurs.* Lectt. Att. p. 64. *Cragius* de Rep. Lacedaem. L. II, C. 7. p. 84. *Hesych.* v. *τεμπούροι* ibique Intt. (3) *Plut.* Agis. 4. (4) Eod. 6. (5) Cleom. 6.

rum eo tempore penes feminas fuisse testatur (1). Quae omnia quantopere civitati fuerint perniciei, non opus est pluribus monere, cum praeterea tanta accederet morum depravatio, ut λακωνικὸν τρόπον περαίνειν tamquam proverbium diceretur de feminis, quae ipsae hospitibus turpis consuetudinis potestatem praebebant (2).

At vero non Spartae solum, sed per universum fere Doricum orbem longe major quam apud Iones feminis habebatur honos. Argis item virgines celebrabant certamina gymnastica (3): propter virginem vitiatam seditio et bellum apud eos ortum, et tota civitas, non minus quam Roma propter Lucretiae stuprum, in libertatem vindicata (4). Memorandum imprimis feminarum Argivarum facinus, cum, poëtria Telesilla duce, Spartanos repellerent; in cujus rei memoriam festum institutum et quotannis celebratum, ὑβριστικά dictum, quoniam illo die mulieres virilem, viri autem muliebrem induebant vestem. Quod festum Plutarchi etiamnum aetate celebrari solebat, qui addit, feminas, ne hac quidem in viros contumelia contentas, hunc prae-

(1) Agis. 7. Cf. Cleomen. 39. (2) *Suid.* v. λακων. τρόπ.; item *Hesych.* Cf. *Suid.* v. λεξὴ Φάλαγξ. De Lacaenis peculiaris exstat *Rotteckii* oratio » über die Spartanerinnen," 1808 edita, quam tamen videre mihi non contigit. (3) *Plut.* Ages. 21. (4) *Pausan.* II, 20.

terea induxisse morem, ut sponsa in toro geniali novum excipiens maritum, semper barbam indueret (1). Elide itidem puellarum erat curriculum in sex classes divisum, et sedecim illic feminas cum universe paris, tum horum ludorum fuisse arbitras, testis est Pausanias (2).

Nec illi praetermittendi nobis Dores, qui ad magnam excolendam Graeciam tantam habuere vim, quantam in tota antiquitate paucissimi exercuerunt, Pythagoreos dico. Apud hos enim mulierum eadem quae virorum institutio, cum ipse Pythagoras Crotone multas feminas inter discipulos numeraret, ejusdem cujus viri cultus participes (3). Summa matrimonii apud eos sanctitas, magna feminarum veneratio: meminisse enim

---

(1) *Plut.* de mulier. virtut. C. 11. *Pausan.* II, 20. Cf. *Manso*, Sparta, I, 2. p. 292. sqq. (2) *Pausan.* V, 16, ibique Intt. — Cf. *Plut.* de mulier. virtut. C. 23. ταῖς Κίων παρθένοις ἔθος ἦν εἰς ἱερὰ δημόσια συμπορεύεσθαι καὶ διημερεύειν μετ' ἀλλήλων, οἱ δὲ μνηστῆρες ἐθεῶντο παιζούσας καὶ χορευούσας. ἑσπέρας δὲ πρὸς ἑκάστην ἀνὰ μέρος βαδίζοντες, διηκονοῦντο ταῖς αὐτῶν γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς, ἄχρι τοῦ καὶ τοὺς πόδας ἀπονίζειν. ἤρων πολλάκις μιᾶς πλείονες οὕτω κόσμιον ἔρωτα καὶ νόμιμον, ὥστε, τῆς κόρης ἐγγυηθείσης ἑνὶ, τοὺς ἄλλους εὐθὺς πεπαῦσθαι. Κεφάλαιον δὲ τῆς εὐταξίας τῶν γυναικῶν, τὸ μήτε μοιχείαν, μήτε φθορὰν ἀνέγγυον ἐτῶν ἑπτακοσίων μνημονεύεσθαι παρ' αὐτοῖς γενομένην. Quae cum *Mullero*, die Doriër II, p. 281. ad Doricam quoque, Cretensem fortasse originem, referenda videntur. (3) *Jamblich.* Vita Pythag, C. 11.

maritos jubebat Pythagoras, se inter libationes et diis ipsis inspectantibus, uxores domum deduxisse. Deos testes esse affirmabat sanctae illius quam cum uxoribus inierant societatis, eosque, utpote judices atque vindices severos, omnem uxoribus illatam injuriam persecuturos. Matrimonii autem vinculum quo firmius esset incorruptumque maneret, maritis illud omni opera erat curandum, ne aut negligentia aut vitio quidquam committerent, quo uxores stirpem adulterare possent. Uxores contra, ut maritos magis etiam quam vitae colerent auctores, etiam atque etiam admonuit. Iis minime licebat refragari maritis, imo vero his cedere decori illis fore dictitabat, ita sibi persuasum habentibus, se vicisse, cum cederent. Alter omnino alteram mutuo amore et benevolentia prosequi debet; utrique matrimonii vindicanda est sanctitas, illudque conjunctim agendum, ut et privatim familiaribus, et publice civibus suis vitae rite compositae et moderatae praebeant exemplum. Primus quoque Pythagoras hoc animadvertisse dicitur, femineum genus pietati esse quammaxime junctissimum, ideoque quamlibet ejus aetatem fecisse deo cognominem, dum innuptam nominavit Κόρην, nuptam vero Νύμφην, eam quae liberos jam peperit Μητέρα, et aviam dorica dialecto Μαῖαν. Cui consentaneum esse, quod per mulierem Dodone et Delphis oracula edantur. Hanc quoque ob causam per

totam vitam εὐφημεῖν iis praecepit etc. His autem omnibus tantam effectam esse ajunt immutationem, ut vilioribus vestimentis assumtis, pretiosas non amplius auderent induere mulieres, sed omnes in templo Junonis consecrarent aliquot vestium pretiosarum myriadas. Fertur quoque hoc oratione sua exsecutus, ut in Crotoniatarum regione celebrata sit fides mariti erga uxorem, uxores vero hoc summo studio niterentur, ut pari laude in omni virtutis genere viris se exaequarent (1).

Haec Pythagorae Pythagoreorumque de feminis sentiendi ratio. Nec mirum, ex tali institutione tam egregias prodiisse feminas, Theanidem, Phintydem, Perictionem, inter quas scriptores quoque praeclarae exstiterunt, quot et quales in Ionico orbe frustra quaeras. Quod non tantum ad Pythagoreos pertinet, sed universe ad Doricum orbem extendendum videtur. Dores enim soli fere fuerunt inter omnes Graecos, qui majores animi facultates et ipsum feminarum ingenium excolere conarentur. Quod maxime quoque ex poësi lyrica Graecorum apparet, quippe in qua plurimae exstiterint poëtriae, omnes ex orbe Dorico repetendae: Telesilla, Praxilla, Megalostrata, Myia aliae (2).

---

(1) *Jambl.* de Vita Pythag. C. 9, 11. *Porphyr.* vit. Pyth. ed. *Kuster* p. 21. *Justinus* XX, 4, *Fr. v. Schlegel*, l. l. p. 106, sqq. *Wieland*, Sämmtl. Werke, vol. XXIV, p. 231, sqq. (2) » Der Tapferkeit nach verdienten die Spar-

Inter eas porro Graeciae feminas, quae majore excelluere cultu, referendae Macedoniae reginae; inde a confirmato Macedonum imperio a Philippo, usque ad ipsius a Romanis eversionem, quarum vel Olympiam, Philam, Cratesipolin atque Cleopatram nominasse sufficiat. Item poëtriae et philosophae bene multae, quae liberiore quoque vitae utebantur genere, et virilis institutionis quodammodo certe erant participes. Sed hae omnes inter exceptiones sunt referendae, quam

---

tanischen Weiber gewisz den höchsten Preis, aber auch der algemeinen, geistigen Bildung nach, denn die Dorier waren es fast allein unter allen Griechen, welche die höheren Fähigkeiten des Geistes und den Verstand der Frauen zu entwickeln suchten. Selbst eine gewisse gemüthvolle Richtung nach der Tiefe des Innern, welche aber im Dorismus noch sehr im algemeinen und öffentlichen Leben wurzelt, fehlte den Dorischen Frauen nicht, daher wir in keiner Gattung der Dichtkunst so viel Dichterinnen haben, als in der lyrischen, in der das erklingt, was das eigne Herz bewegt. Solche Dichterinnen waren aus Sparta: Megalostrata, Kleitagora, Myia, ferner die Argiverin Telesilla und die Sikyonerin Praxilla." *Cramer* Gesch. der Erziehung und des Unterrichts im Alterth. V, II p. 225. Cf. *Müller*. Dorier, V, II, p. 288. » Im allgemeinen gilt die Bemerkung, dass, wenn bei den Ioniern die Frauen fast nur als leibliche Wesen betrachtet wurden, als Mägde nämlich und Beischläferinnen, und die Aeoler dagegen ihrer Sensibilität eine hohere Entwickelung gestatteten, von der die erotischen Dichterinnen von Lesbos zeugen, doch die Dorier fast allein, in Sparta wie in Unteritalien, auch die höhern Vermögen des Geistes, des *νοῦς*, bei den Frauen für bildungsfähig achteten." Cf. idem. p. 374.

hoc loco minus de iis agendum: indicasse tantum sufficiat, ut appareat, quam falsum sit, universe sine ullo discrimine feminis Graecis omnem denegare cultum. (1).

In majore ceteroquin Graeciae parte, praecipue vero quae ad Ionicum pertinebat orbem, eadem fere quae Athenis, feminarum erat conditio: ad vitam umbratilem domi, lanificium et omnia quae huc pertinent, feminae videbantur natae, nec majores in iis spectabantur facultates (2). Leges Solonis, quae tantopere feminarum restringebant libertatem, Demosthenis certe aetate, ut disertis verbis ipse affirmat (3), apud plerosque obtinebant Graecos, et Plutarchus, postquam Solonis de feminis enumeravit leges, pleraque horum in sua quoque valere patria addit (4); quamvis ceteroquin Boeotiae feminae propter muliebrem gratiam atque pulcritudinem per Graeciam celebrarentur (5), et plures in Boeotia urbes a feminis quam a viris nomen

(1) Vidd. hac de re omnino *v. Schlegel*, l. l. p. 90. sqq. Revue Brittannique N°. I, Janv. 1833. p. 46. sqq. *Menagii* historia mulierum philosopharum. De feminis, quae Platonem audiverunt vid. *Ritter*, Gesch. der Philos. V. II, p. 162 in nota. Cf. *Clem. Alexandr.* Strom. IV, p. 618. sq. (2) *Plato* de Legg. p. 806. A: opponuntur Thracibus, ubi ad agriculturam adhibebantur. Cff. *Nepotis* notissima in Praefat. verba de feminis Graecis, *Xenoph.* de Rep. Laced. init. (3) *Demosth.* ed. *Reisk.* p. 1416. (4) *Plut.* Sol. 21. idem de Genio Socrat. C. 32. (5) *Dicaearch.* apud *Gronov.* Thes. Antiq. XI, 26.

incipiscat (1). Apud Macedones item a viris separatae degebant, nec ad coenam admittebantur (2). Syracusis lex erat, ne feminae ornarentur auro, neque floribus distinctas, neque purpureas gererent vestes, nisi si qua publicam se profiteretur meretricem. Praeterea ne libera exiret cum sol occidisset, nisi ad adulterium: interdiu iis exire non licuit sine γυναικονόμοις, sequente una ancilla (3). Similiter Zaleucus Locris feminarum coërcuit licentiam: cum enim apud omnes alias gentes (verba sunt Diodori) delictis mulierum argenteae multae sint irrogatae, hic ingeniose poenae genere incontinentiam illarum emendavit. Ita enim scripsit: Mulierem ingenuam, nisi forte ebria sit, non plus una ancilla comitator. Extra urbem noctu pedem ne efferto, nisi cum ad moechum forte accedit. Aureum ornatum et intertextas auro vestes ne circumdato, nisi meretricem agere velit cet. Quae cum Wesselingio ad h. l. Dioclem, Syracusanorum legislatorem, hinc multa sumsisse et ad suos quoque transtulisse cives, facile credimus (4).

Ex iis, quae hucusque monui, abunde, ni fallor,

(1) *Pausan.* IX, init. (2) *Herod.* V, 18. Apud Illyros contra feminae quibuscunque hospitum vellent propinabant, et ipsae viros ex convivio deducebant. *Athen.* X, 60. (3) *Phylarch.* apud *Athen.* XII, 20. Sybaritae vero lege feminas ad publica vocabant festa, ita ut totum annum ante ipsa festa invitarentur, ut per illum pararentur atque comerentur. *Athen.* ibid. *Plutarch.* septem Sap. conviv. p. 559. (4) *Diod. Sic.* XII, 21. Cf. *Suid.* v. Ζαλευκ.

patet, quam temere universe de feminarum Graecarum conditione judicetur, quippe in qua tanta pro variis populis atque temporibus obtinuit diversitas. In hacce autem dissertatione agendum mihi proposui de feminis Atheniensibus, ut ita maxime, quemnam locum in historia humanitatis hac in re tenuerint Athenienses, quodammodo certe pro viribus investigarem. Florentis vero reipublicae tempora imprimis spectavi, quod tamen nolim nimis ad amussin intelligi de ipso proprie ita dicto reipublicae, proxime ante bellum Peloponnesiacum, flore. Tunc enim pauci fuissent fontes, nimis arctis limitibus totum circumscriptum negotium. Sed quod ita universe tempus definivi, id ideo faciendum putavi, ut et antiquissima tempora, ante Solonem imprimis, quae magnis fere premuntur tenebris, et posteriora reipublicae saecula, post Alexandrum praecipue, cum sensim paulatimque omnis periisset vis atque ἐνέργεια, ut haec igitur tempora mea excluderet disquisitio. Quod recte ita tractari posse videbatur, cum per illa tempora feminarum conditio haud magnas mutationes subiisse videatur; in capite autem de moribus feminarum, de hetaeris aliisque paucissimis, in quibus tempora florentis revera reipublicae erant distinguenda, illud discrimen observare atque explicare sum conatus.

Pauca de fontibus, quibus prae ceteris sum usus, adjungenda videntur. Oratores Atticos, quorum tanta

ad interiorem Atheniensium rationem rite cognoscendam est utilitas, diligenter adhibui, imprimis in caussis privatis, quod eo magis faciendum videbatur, quo major eorum his in rebus est auctoritas, quoque magis in ipsa de quibus egi, incidant tempora. Sint nonnullae harum orationum spuriae, ut Demosthenis contra Neaeram, qua multis locis in capite de hetaeris sum usus, vel sit tamen hac certe in causa nulla haesitatione adhiberi posse videbantur, quoniam ipsam temporis luculenter declarant rationem et aequales fere habent auctores.

In Comicorum usu, quorum Aristophanes in meo argumento principem occupat locum, majore cautione opus erat, imprimis ubi mulierum mores atque vitia acerbissimo perfricat sale, qua de re Capite quarto peculiariter dixi. Ad vitam domesticam cognoscendam hi, Aristophanes praecipue, quantivis procul dubio pretii sunt habendi, modo caveamus ne ea, quae a Comicis pro proposito suo in majus sunt adaucta vel prorsus ficta, ne haec igitur omnia simpliciter pro veris habeamus. In quibus, etiamsi facile concedamus, difficillimum saepe esse negotium, recte quid verum, quid falsum, a se invicem discernere, tamen non facimus cum Ramdohrio omnem fere auctoritatem Aristophani hac in re abneganti (1); sed potius Schlegelii

(1) l. l. p. 58.

verba, infra de eo afferenda, nostra facimus, imprimis ubi cum aliis collatus, ita verum elicitur, quod semper pro viribus facere sum conatus: num recte fecerim, ipsa docebit dissertatio. Novae Comoediae auctorum minor erat usus, et quod paucdiora eorum habemus fragmenta, et quod plerique in posteriora incidunt tempora, quod praecipue quoque de Plauto et Terentio valet, quorum ille praeterea Romanorum saepe immiscuit mores, quare raro tantum hi adhibendi videbantur.

Reliquorum poëtarum universe non ita magna ad meum argumentum tractandum esse potuit utilitas, quippe non de paucorum cultissimorum opinionibus, sed de conditione feminarum, prouti revera obtinuit, erat quaestio. Hoc tantum jure ex iis, Tragicis imprimis, efficitur, ubi generosissimas exhibent feminas, Athenienses non ignorasse animi in mulieribus magnitudinem, et cum voluptate Aeschyli Electram, Sophoclis Antigonen, Euripidis Alcestin in scena spectasse; quod, num apud orientales populos obtinere umquam ita potuisset, vehementer dubito (1).

Eadem fere quae de poëtis, de philosophis quoque dicenda, cum et hi tantum suas proferant opiniones, raro de ipsa feminarum conditione verba faciant, ut

---

(1) Cf. hac de re *v. Schlegel*, l. l. p. 66 sqq. *v. Ramdohr*, l. l. p. 57 sqq., ubi feminarum apud poëtas, tragicos imprimis, characteres illustrantur.

Plato praecipue et Aristoteles, in libris imprimis de Republica, quorum tunc magna sane erat auctoritas. Plutarchus autem in Moralibus quae vulgo dicuntur, eo minoris erat momenti, cum et in posteriora incidat tempora, et praeterea per vitam Romae non illibatos hac in re Graecos mores servasse videatur, ut maxime ex Nuptialibus praeceptis manifesto apparet (1).

Historicorum, quippe in rebus publicis fere versantium, exiguum item in mea disquisitione praesidium; unicus tantum Plutarchus in vitis uberrimum saepe praebuit segetem, magis hac in re quam ubi magnas res politicas exponit, credendus; quare fidenter et magna cum utilitate eo sum usus.

Fabularum Milesiarum atque Epistolarum auctores, et tales quales Lucianus, qui posterioribus demum scripserunt temporibus, et liberae reipublicae mores, maxime in hetaerarum ratione exhibenda, saepe exprimere sunt conati, hi omnes ibi tantum citandi videbantur, ubi cum aequalium testimoniis convenirent, vel res ceteroquin verosimilis eorum auctoritate illustrari vel confirmari posset. In reliquis vero, quominus nimiam iis tribuamus fidem, tum crebrae faciunt fictiones in eorum scriptis pro propositi ratione obviae, tum saeculi quo vixerunt, hac maxime in causa immutati mores.

(1) Philosophorum quoque opiniones exposuit *v. Ramdohr*, l. l. p. 104 sqq. 236 sqq. et *Stäudlin* von der Ehe, p. 157 sqq.

Athenaei, Suidae, Hesychii, reliquorum quotquot eorum legi (nam multum abesse quin omnes legerim ingenue fateor) Grammaticorum atque Scholiastarum lectio multa praebuit utilissima, quae cum cautione et quoad ejus fieri potuit, critica ratione adhibere sum conatus; quamvis verum in his videre saepe esset difficillimum, et plurimi hic illic remanserint scrupuli.

Recentiores, paucissimis exceptis, raro adhibui. Plurima praebuit Fr. Schlegelius, libro jam saepe laudato; nonnulla Ramdohrius in libro *Venus Urania* inscripto, qui tamen non satis critica usus videtur, et per ipsum jam operis propositum minus ad meum pertinet argumentum; quae eadem de Stäudlino *von der Ehe* dicenda, qui minus criticam exercuit, magis compilavit.

Solita exquisitae doctrinae copia Fr. Jacobsius, tum in *Wielandii Attisches Museum* V. II, p. 127 sqq. tum repetitis curis in *Vermischte Schrifte*, V. IV, p. 223 sqq. meum argumentum tractavit. Qui, etiamsi universe mihi visus sit nimiam matronis tribuisse apud Athenienses dignitatem, vel sic tamen, insigni qua valet intimae antiquitatis cognitione atque ingenii acumine, utilissima praebuit monita.

De Meinersii denique compilatione: *Geschichte des weiblichen Geschlechts*, dicere nil attinet, quippe in qua, omni exsulante critica, paucissima vera et recte explicata inveniantur.

CAPUT I.

Puellarum Athenis Institutio.

— κόρη ἔζη ὑπὸ πολλῆς ἐπιμελείας, ὅπως ἐλάχιστα μὲν ὄψοιτο, ἐλάχιστα δ' ἀκούσοιτο, ἐλάχιστα δ' ἔροιτο.

Xenoph. Oecon. Cap. VII, 5.

Xenophon, ubi initio de Rep. Lacedaemoniorum reliquorum Graecorum in puellis educandis reprehendit negligentiam, suam imprimis patriam respexisse videtur, nec immerito reliquam Graeciam hac in causa Spartae postposuit. » Ceteri quidem Graeci, dicit, puellas, quae aliquando pariturae sunt et recte videntur educari, quam maxime modico fieri pane pot-

est, et quam tenuissimo licet opsonio alunt: et quidem eas ita regunt, ut a vino vel prorsus abstineant, vel diluto utantur. Ut autem plerique opifices sedentarii sunt, sic Graeci reliqui puellas ab omni motu liberas lanificium tantum exercere volunt" etc. Quae verba, licet ad corporis tantum pertineant curam, magna tamen ex parte totam puellarum continent educationem, cum studium pulcri externi, quod imprimis in virginibus instituendis Athenis dominabatur, tum σκιατροφίαν et lanificium, cui fere unice natae existimabantur, cujusque adeo veluti symbolum, ubi puella nata erat, lana aedibus praefigebatur. (1) Apud matrem in gynaeceo degentes, nihil fere audiebant nisi praecepta de pulcritudine tuenda vel augenda, cui rei, ut jam e Xenophonte vidimus, totus earum victus erat accommodatus et nullae non adhibebantur artes. Student enim matres, ut Menander apud Terentium dicit, eas

» *Demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient.*
» *Si qua est habitior paulo, pugilem esse ajunt; deducunt cibum;*
» *Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas:*
» *Itaque ergo amantur.*" (2)

Reliquarum rerum, arcta custodia in thalamo custoditae, (3) excepto lanificio et rebus quae ad illud

(1) *Hesych.* V. στέφανον ἐκφέρειν. (2) *Terent.* Eun. II, 3. 21. (3) Hujus thalami et arctae custodiae descriptio habetur apud *Achill. Tatium* II, 19, quae, etiamsi ad alia pertineant tempora atque loca, tamen ipsis Athenis res non ali-

pertinent, plane erant rudes. Sic apud Xenophontem Critobuli occurrit uxor, quam valde teneris annis duxerat, ὡς ἠδύνατο ἐλάχιστα ἑωρακυῖαν καὶ ἀκηκουῖαν, omnium rerum ita imperitam, ut magis mirandum fuisset, si quid eorum quae dicere vel facere deberet, cognovisset quam ignorasset. Etiam uxores, quae bonae dicuntur, a maritis demum informari ibi dicit Socrates (1). Audiamus ipsam, amabilem ceteroquin Ischomachi uxorem, quam nondum quindecim annos natam duxerat, antea arctissima custodia educatam, ita ut quamminime vidisset, audisset atque rogasset, peritam tantum accepta lana conficiendi vestem, ac

---

ter sese habuisse videtur: εἶχε δὲ ὁ θάλαμος αὐτῆς οὕτως· χωρίον ἦν μέγα τέτταρα οἰκήματα ἔχον, δύο μὲν ἐπὶ δεξιᾷ, δύο δὲ ἐπὶ θατέρᾳ, μέσος δὲ διεῖργε στενωπὸς, ὁδὸς ἐπὶ τὰ οἰκήματα. θύρα δὲ ἐν ἀρχῇ τοῦ στενωποῦ μία ἐνεκλείετο. Ταύτην εἶχον τὴν καταγωγὴν αἱ γυναῖκες, καὶ τὰ μὲν ἐνδοτέρω τῶν οἰκημάτων ἥτε παρθένος καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς διειλήφεσαν, ἑκάτερα τὰ ἀντικρὺ· τὰ δὲ ἔξω δύο τὰ πρὸς τὴν εἴσοδον, τὸ μὲν ἡ Κλειὼ τὸ κατὰ τὴν παρθένον, τὸ δὲ ταμεῖον ἦν. Κατακοιμίζουσα δὲ ἀεὶ τὴν Λευκίππην ἡ μήτηρ, ἔκλειεν ἔνδοθεν τὴν ἐπὶ τοῦ στενωποῦ θύραν· ἔξωθε δέ τις ἕτερος ἀπέκλειε, καὶ τὰς κλεῖς ἔβαλλε διὰ τῆς ὀπῆς· ἡ δὲ λαβοῦσα, ἐφύλαττεν, καὶ περὶ τὴν ἕω καλέσασα τὸν εἰς τοῦτο ἐπιτεταγμένον, διέβαλλε πάλιν τὰς κλεῖς, ὅπως ἀνοίξειεν. Cff. id. II, 13, et *Schaefer* ad *Musaeum*, pag. 259. *Callimach.* Fragm. CXVIII. *Aristaenet.* II, Epist. 5. (1) *Xen.* Oecon. III, 10 sqq. Cf. VII, sqq. Sympos. II, 9. *Hesiod.* Op. et Dies. vs. 699. *Pseudo-Aristot.* Oeconom. I, 4. *Plut.* Nuptialia praecepta, Reisk. p. 548 et 349.

animadversa ratione pensi ancillis dandi; praeter quae maritus, καλοκἀγαθὸς licet, nihil amplius requirit. » Nam quod ad gulam attinet, hac in parte, mi Socrates, dicit Ischomachus, recte admodum instituta venit: quae quidem disciplina tum in viro, tum in femina videtur esse maxima." Cum hac igitur » postquam jam mansueta et cicur fiebat, ita ut cum ea colloqui posset," de officiis quibus in nuptiis uterque fungi debeat, maritus confabulatur, et varia ipse enumerat; ad quae illa: in quonam vero ego tibi adjumento esse possim? quaenam mea est facultas? in te omnia sita sunt. Mei muneris esse mater ajebat σωφρονεῖν (1).

Quae Xenophontis verba nullo indigere videntur commentario, ut universe puellarum institutionem valde arctis limitibus fuisse circumscriptam intelligatur. In ludum enim eas venisse, ex Terentii loco (2) non satis probatur: ibi enim de puella serva sermo quae ad fidicinam ducebatur, ut fidibus canere edocta, eo pluris veniret. Privata, ut videtur, institutione, ditiores et nobiliores praesertim, imprimis ut in choris et pompis decore versarentur, musicam arctiore sensu ita dictam, et saltationem edocebantur.

In sacris enim, praecipue in pompis solennibus,

---

(1) *Xen.* Oecon. VII, 5 sqq. *Menandr.* Fragm. ed. *Grot.* p. 232, vs. 257 sq. Cf. *Alciphron* ed. *Bergler* p. 364.
(2) Phorm. I, 2, 36.

adesse solebant puellae, nobiles maxime, quod praedicat mulierum chorus apud Aristophanem: [ἡ πόλις]

——— — – χλιδῶσαν ἀγλαῶς ἔθρεψέ με.
ἑπτὰ μὲν ἔτη γεγῶσ'
εὐθὺς ἠῤῥηφόρουν·
εἶτ' ἀλετρὶς ἦ· δεκέτις
οὖσα τ' Ἀρχηγέτι
καταχέουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις·
κἀκανηφόρουν ποτ' οὖσα
παῖς καλή, σχοῦσ' ἰσχάδων ὁρμαθόν (1).

»*Civitas splendide in deliciis me educavit. Septem annos nata statim arcana in Minervae pompa gestavi: deinde molitrix fui: tum decennis, Dianae dominae fluenti crocota amicta, Brauroniis consecrata fui: demum adulta pulcra virgo canistrum gestavi, habens caricarum catenam.*"

Quibus verbis majore ex parte puellarum in sacris ritibus continentur officia. Ἀῤῥηφορία enim haec festum erat in honorem Minervae, mense Σκιροφοριῶνι celebratum, tamquam ἀῤῥητοφορία, quia ἄῤῥητα in cistis ferebant puellae, inde a septimo usque ad undecimum aetatis annum. Quatuor fuisse nobiles virgines hisce sacris ferendis designatas, unde duae eligebantur, ἐργαστῖναι dictae, quae texturae pepli Minervae aliisque rebus ad

(1) *Aristoph.* Lysistr. 640 sqq.

eum spectantibus praeessent, testantur tum Suidas tum Harpocration (1). Candidis indutae vestibus munere fungebantur, et quem aureum induerent mundum, is sacer fiebat. Molitrices, quarum meminit chorus, itidem nobiliores erant puellae, quae ad parandam molam in sacrificiis molebant, quod valde honorificum munus fuisse videtur (2). Brauronia autem cum sacro Atheniensium ritu cohaerent, quo omnes virgines, nec minores quinque, nec majores decem annis, crocotulam gestantes, Artemidi Brauroniae initiabantur, ursas imitantes in memoriam puellae ab ursa mansueta, Dianae sacra, laesae: quamobcausam cum a puellae fratre ursa esset occisa, pestilentia regionem invasit, ad quam expiandam oraculum hoc festum praecepit, et praeterea ne quis Atheniensium uxorem duceret, nisi quae ursam imitata, hoc festo Dianae esset dicata, unde ἄρκτοι ipsae puellae, initiatio vero ἀρκτεύειν dicebatur. Celebrabantur autem quinto quoque anno, curantibus decemviris, qui ἱεροποιοί dicebantur, et capra deae mactabatur, dum Rhapsodi Iliadem canebant (3).

Κανηφόροι item ad sacras pertinebant pompas, erant

---

(1) v. ἀῤῥηφορεῖν. Cf. Auctor Etymol. v. ἀῤῥηφορία, *Suidas* v. Χαλκεῖα. De peplo vid. *Meurs*. Panathen. Cap. 18 et auctt. ibi laudd. (2) Schol. ad. *Aristoph.* Lysistr. l. l. (3) Schol. ad h. l. *Suid*. et *Harpocr*. in voce. *Pollux*. VIII, 9, 31. *Hesych*. in voce. Cf. *Herodot*. VI. 138.

que, ut Hesychius et Suidas testantur, nobiliores virgines, quae proprie in Panathenaeis munere fungebantur, sacra canistra cum rebus divinis gestantes, sequentibus filiabus inquilinorum cum umbella et sella. Praeterea autem in pompis Minervae, Bacchi, Cereris atque Dianae memorantur (1).

Praeterea in aliis pompis, ob puritatem, quam imprimis in hisce omnibus requirebant Graeci, praecipue adhibitae fuisse videntur virgines. Sic in Thesmophoriis quotannis virgines honestae vitae, solenni pompa tamquam precantes, accedebant Eleusina, et libros legales et sacros capitibus impositos, in memoriam acceptarum a Dea legum, Athenas deferebant (2): ita Plutarchi etiam aetate, initio mensis Μουνυχιῶνος, solennis puellarum pompa mittebatur in Delphinium, ut preces facerent in memoriam expeditionis Thesei, cum in Cretam ad Minotaurum oppugnandum proficisceretur (3).

Haec autem omnia, ut decore a puellis peragerен-

---

(1) *Suid.* v. κανοῦν. *Theocr.* Id. II, 66 ibique *Wüstemann.* *Thucyd.* VI, 56. *Pausan.* I, 27. Schol. ad *Theocr.* l. l. imprimis virgines nupturas ante virginitatem amissam eo Dianae iram avertere dicit, quod in Deae festo canephorarum fungebantur numero. Cff. *Aelian.* V. H. VI, 1. *Hesych.* v. ΔιΦροΦόροι. Schol. ad *Aristoph.* Aves. 1550. *Meurs.* Lectt. Att. IV, 9. et Panath. Cap. 23. (2) Schol. *Theocrit.* IV, 25. (3) *Plutarch.* Thes, C. 18.

tur, quammaxime matribus cordi erat, quippe hac fere unica opportunitate in publicum prodibant; quare vota ut mox maritum, divitem praesertim, invenirent, cum tali cohortatione:

ἄγ' ὦ θύγατερ, ὅπως τὸ κανοῦν καλὴ καλῶς
οἴσεις —

conjuncta invenimus (1). Universe enim filiae, tum propter difficilem custodiam, tum propter dotem, oneri habebantur, quas mox collocare, ante quintum decimum saepe jam aetatis annum, semper in votis habebant parentes, imprimis matresfamilias (2).

Debiles autem et pallidae per umbratilem hancce vitam puellae atque feminae Athenienses; unde λευκοπληθής feminarum apud Aristophanem dicitur concio et sutoribus propter pallorem adsimulantur (3): Lacaena vero Lampito cum inter eas appareat, non satis admirari possunt ipsius vigorem atque formae pulcritudinem. Illa vero:

μάλα γὰρ οἰῶ ναὶ σιώ·
γυμνάδδομαί γα καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι (4).

Necessariae quoque inde variae, quibus huic malo mederentur artes, quarum feminae Athenienses peritissimae erant, quaeque, ut in earum institutione, ita

---

(1) *Aristoph.* Acharn. 253. Thesmoph. 296. (2) Fragm. *Menandri* in ed. Grot. p. 8. 2. Cf. p. 18. 1. (3) *Aristoph.* Eccles. 385, 427. (4) Idem, Lysistr. 78 sqq.

deinde in reliqua vita, magno loco habebantur, uti infra pluribus indicabimus.

Quae cum universe ita fuerint, non mirandum profecto, hanc neglectam puellarum institutionem in reliqua quoque ipsarum vita vim habuisse perniciosissimam. Tantopere enim et corporis et animi cultu infra viros positae, non potuere non in ipso quoque matrimonio inferiore esse loco, quod eo magis Athenis obtinere debuit, quo majore culturae gradu ipsi erant mariti, et quo facilius in consuetudine cum hetaeris atque amasiis ita uxorum oblivisci poterant.

Summi quoque Graecorum Philosophi, Plato, Xenophon, Aristoteles, frequenter hac de re sunt conquesti, quod cum universe majorem Graeciae partem, tum imprimis ipsas spectat Athenas (1). Iccirco Plato quoque in libris de Legibus curatorem instituit omnis educationis, tum puerorum, tum puellarum: *διανοηθήτω δὲ αὐτός τε ὁ προκριθεὶς καὶ ὁ προκρίνων ὡς οὖσαν ταύτην τὴν ἀρχὴν τῶν ἐν τῇ πόλει ἀκροτάτων ἀρχῶν πολὺ μεγίστην* (2). In Solonis vero legibus, quae tot de puerorum institutione continent praecepta, gravissimus de puellarum educatione locus plane erat neglectus, ita ut ne verbum de tota re in iis haberetur: quod eo magis in oculos incurrit, ubi cum Lycurgi legislatione hac in causa eas comparamus.

---

(1) e. g. *Aristot.* de Rep. I fin. *Plato* de Legg. 631 E. 781. A. *Xen.* de Rep. Laced. init. (2) *Plato* de Legg. 765 E.

CAPUT II.

FEMINARUM VITA ET RES DOMESTICAE.

Γυναικὸς ἀρετὴν οὐ χαλεπὸν διελθεῖν, ὅτι δεῖ αὐτὴν τὴν οἰκίαν εὖ οἰκεῖν, σώζουσάν τε τὰ ἔνδον, καὶ κατήκοον οὖσαν τοῦ ἀνδρός.

Plato. Menon. p. 71 E.

§ 1.

Occupationes domi.

Ex hac arcta virginum custodia, earum in marito eligendo partes minime fuisse magnas, jam ultro intelligitur (1). Pater vel tutor, *κύριος* universe, dabat maritum (2), ita ut singularis Calliae ab Herodoto lau-

(1) Vid. hac de re memorabilis apud *Achill. Tat.* locus II, 13. Cf. *Musaeus* ed. Schaef. p. 259. (2) e. g. *Plut.* Themist. 18. *Lysias* ed. Reisk. p. 897. *Xenoph.* Oecon. VII, 10. Apud *Aristoph.* Nub. 41, praeterea *προμνήστρια* memoratur, quae parentes junxerat. Cf. Cl. *v. Limburg Brouwer*, l. l. p. 108, sqq.

detur erga filias benevolentia, quod iis liberam hac in re permitteret optionem (1). Nuptae autem quaenam fuerit ratio, quaenam domi haberentur officia, optime ex eleganti Ischomachi cum uxore intelligitur colloquio, quod in Xenophontis legitur Oeconomico. Ipse quidem a Socrate tamquam civis honestissimus, qui optime uxorem haberet, laudatur: primis autem statim matrimonii diebus, ita uxorem alloquitur:

» Dic mihi, mea uxor, jamne animadvertisti qua tandem de causa cum ego te duxerim, tum tui parentes mihi te tradiderint? Non enim copiam nobis alterius nullam fuisse quicum cubaremus, te ipsam perspicere scio. Cum autem ego quidem de me, parentes vero tui de te consultaremus, quamnam optimam et liberorum et domus caperemus consortem, ego te delegi et parentes tui me, quemadmodum videtur, ex iis quos poterant. Quod si liberos deus aliquando nobis dederit, tum de illis consultabimus, quo pacto eos quam optime instituamus. Nam et illud bonum utrique nostrum erit commune, ut et socios et eos qui nos in senectute alant, longo consequamur optimos. Nunc autem domus haec nobis est communis: nam et

(1) *Herod.* VI, 122. — De nuptiis ipsis pluribus in parte hujus dissertationis juridica agetur. De nuptiis arctissime cum religione conjunctis secundum Graecorum opiniones, vid. *Fr. Jacobs*, Verm. Schrift. IV, p. 180 sqq. et auctores ibi citati.

ego cuncta quae mea sunt in medium exhibeo, et tu quaecunque attuleris omnia in commune deposuisti. Neque jam ejus habenda est ratio, uter nostrum numero plura contulerit, sed sciendum est, eum res majoris conferre pretii, qui se hac in societate rectius gesserit. - Ad quae uxor: in quonam ego tibi adjumento esse possim? quae mea est facultas? in te omnia sita sunt: meum esse mater ajebat, ut frugi sim. Profecto, inquit Ischomachus, mea uxor, hoc quoque meum esse dicebat pater: verum frugi hominis munus est, sive quis vir sit, sive mulier, ita se gerere, ut et facultates quae adsunt, optimo sint loco, et aliae quamplurimae honestis justisque accedant rationibus. Et quidnam tu vides, inquit uxor, quo efficiendo ego tecum nostram domum augere possim? Enitere profecto, respondet ille, ut illa quam optime efficias, quae dii tibi tribuerunt, ut praestare possis, et quae lex comprobat. Ea vero quaenam sunt? rogat uxor. — Meo quidem judicio, non minimi momenti, nisi etiam apum illa dux in alveari minimi momenti operibus praesit. Nam mihi videntur dii maxima consideratione illud conjunxisse par, quod mas et femina vocatur, ut ad mutuam societatem plurimum sibi conduceret. Primum enim, ne animantium genera deficerent, per hoc conjunctim liberos procreat. Deinde hominibus conceditur facultas, ut ex hac conjunctione eos qui senes alant, comparare sibi possint. Praeterea non

sub dio jumentorum instar homines vivunt, sed tectis scilicet indigent. Quamobrem necesse est ii, qui consequi volunt quod sub tectum importent, habeant aliquos, qui operas obeundas sub dio suscipiant. Nam et arvorum renovátio et seminum sparsio et consitio et pascendi opera ejusmodi sunt, quae omnia sub dio curentur: ex iis vero necessaria comparantur. Requiritur autem, posteaquam haec intra tectum illata sunt, ejus etiam opera, qui haec servet et qui ea conficiat opera, quae nonnisi sub tectis fieri possunt. Requirit vero tecta liberorum recens natorum educatio puerilis, et cibi ex illata segete confectio tecta requirit, ac similiter etiam vestis ex lanis elaboratio: et quoniam haec utraque tum interiora tum externa, labores et curam sibi exigunt, iccirco Deus quoque statim naturam praeparavit feminae quidem ad opera et res interiores curandas, viri autem ad opera et curationes externas. Viri enim corpus et animum ita comparavit, ut magis et frigora et calores et itinera et expeditiones militares tolerare posset, quo facto opera illi injungeret externa. Mulieri vero, quia minus ad haec firmum corpus a natura largitus erat, iccirco illi opera interiora mandasse mihi Deus videtur. Et quia sciebat se natura indidisse et mandasse feminae, ut ea recens natos liberos educaret, iccirco majorem etiam erga modo natos infantes ei quam viro tribuit amorem. Quia autem illata custodiendi curam mandavit feminae,

iccirco deus, qui sciret animum timidum ad custodiendum minime deteriorem esse, majorem etiam feminae quam viro metus impertivit partem: cum vero sciret opus esse defensione si quis opera foris facientem laedat, rursus huic plus tribuit audaciae. Quod utrosque tum expendere, tum recipere necesse sit, iccirco memoriam et diligentiam utrique in medium posuit. Itaque, utrum femineum an virile genus hac in parte excellat, non facile discernere possis. Etiam Deus in medium ambobus posuit abstinentiam a rebus iis, a quibus abstinendum est, et potestatem iis fecit, uter foret melior, sive vir, sive mulier, is ut hujus boni partem consequeretur majorem. Quia vero natura utriusque non erat ad haec omnia recte comparata, ideo etiam alter alterius magis indiget, fitque par hoc sibi ipsi utilius cum alterius in potestate sint ea, quibus alter destituitur. Haec igitur, mea uxor, cum sciamus, quaenam utrique nostrum a Deo sint imperata, enixe operam dare debemus, ut uterque nostrum ea quae sui officii postulat ratio, quam rectissime praestemus. Etiam lex, marem atque feminam copulans, haec approbat, atque uti Deus liberorum societatis inter ipsos est auctor, ita lex domus eos efficit socios. Praeterea lex ea pulcra esse demonstrat, quae naturae Deus indidit, ut uterque rectius possit praestare. Est enim feminae pulcrius intra aedes se continere, quam foris versari: viro autem turpius intus manere, quam

res externas curare. Quod si quis aliud agit quam quod ipsum naturae Deus indidit, fortasse Deum latere nequit ordinem ab ipso perturbari, adeoque poenas dat, sive quis opera sibi convenientia negligit si muliebria agit. Ac mihi quidem videtur etiam apis illa, quae ceterarum dux est, sibi divinitus praescripta constanter elaborare. — Quaenam vero apum illa dux opera tractat, illis consimilia actionibus, quae mihi conveniunt? — Quod illa, in alveari manens, otiosas esse apes non patitur, sed quas foris laborare oportet, eas ad opus emittit, ac quidquid attulerint singulae, novit et accipit, tamque diu servat, donec eo sit utendum. Id vero tempus ubi jam adest, justam cuique tribuit partem. Praeest etiam favis qui intus texuntur, ut recte celeriterque texantur, et foetus qui nascitur educandi curam habet. Qui postquam jam educatus est jamque operi faciendo idoneae sunt apiculae, coloniam ex iis deducit, adjuncta ipsis quadam quasi nepotum duce. — Num igitur me quoque haec facere necesse erit? — Erit necesse, domi ut maneas ac emittas famulos, quibus foris est laborandum: quibus vero intus faciendum opus, iis praeesse debes, et quae inferuntur recipere. Praeterea distribuendum erit tibi, quidquid eorum expendendum est, quaeque superare debebunt, de iis prudenter erit tibi prospiciendum; et ne sumtus in annum reconditus uno absumatur mense, strenue cavendum: cum lanae domum

illatae fuerint, adhibenda cura ut vestes illis parentur quibus confici debent. Curandum item ut frumentum aridum idoneum ad vescendum fiat. Una autem curatio ex iis, quae tui sunt muneris, fortasse ingratior esse videbitur, quod famulorum omnium cura tibi suscipienda erit, ut si quis ex iis aegrotet, curetur. — Illud vero profecto longe omnium gratissimum fuerit, si quidem curati gratiam habituri sint, animoque erga me magis benevolo futuri. — Sunt et aliae curationes tibi propriae datae, mea uxor, non injucundae: ut cum imperitam lanificii nacta, peritam efficies, atque ea tibi deinde duplo pluris erit: cum imperitam condendi promendique et ministrandi nacta, talem efficies, quae et horum perita et fida et in ministrando promta, quantivis tibi sit pretii, cum tibi modestos ac domui tuae utiles afficere beneficio licebit: ac si quis improbus esse videatur eum punies. Quod denique omnium est jucundissimum, cum me esse melior videberis, meque tuum effeceris famulum, neque verendum tibi sit, ne aetate procedente minus in domo tibi honoris habeatur, sed persuasum habueris, te aetate provectiori tanto majore futuram in honore, quanto tum mihi consors, tum liberis custos domus exstiteris melior" (1).

---

(1) *Xenoph.* Oecon. VII, 10 sqq. Cf. *Columella* de Re Rust. L. XII init.

Multa praeterea de justo observando ordine in rebus domesticis administrandis cum uxore disputat: ταμίαν ipsi e servis adjungit fidam atque honestam, ipsa vero tamquam νομοφύλακες in civitatibus curare debet, ut omnia sua praecepta rite observentur etc (1). Totum autem hunc ideo potissimum attulimus locum, tum quia universe feminarum eo continentur domi occupationes, tum quia recte, ut videtur, ex utriusque diversa natura diversa quoque eorum deducuntur officia.

Praeter haec autem imprimis memorandum ornatus studium et varia muliebria ornamenta atque fuci, quae magnam quoque diei occupasse partem, ex feminarum, Atheniensium maxime, indole, ultro intelligitur. Nec ipsa illa, continentissima licet ceteroquin et sapientissima Ischomachi uxor, plane hujus expers erat studii (2).

---

(1) *Xenoph.* Oecon. VIII, IX. X. (2) *Xenoph.* l. l. C. X. Cf. Omnino *Joann. Chrysostom.* V. III, p. 217. Cff. praeterea de tota hac re *Aristoph.* Lys. 17 sqq. Eccles. 211 sqq. *Demosth.* 1364, 12. Reisk. *Plato* Epist. 13 p. 361 A. *Plutarch.* Phoc. 18 in. *Xenoph.* Memor. II, 7, 12. *Plato* de Legg. 805 E. *Terent.* Heaut. II, 2. 38. *Lucian.* Amor. 39 sq. *Clemens Alexandr.* Paedag. III, 2. *Xenoph.* de Rep. Laced. 1, 3. - Mortuorum praeterea cura in lavando, vestiendo cet. ad feminas pertinebat. *Aristoph.* Lysistr. 612. *Plato* Phaedo 115 A; unde hae potissimum ad mortis condemnatos in carcerem admittebantur. *Lysias* p. 468. ed. Reisk. *Andocid.* p. 25. ibique Intt.

Haec autem omnia, ubi de servis cet. mentio, ad opulentiores praecipue pertinere, vel me non monente, intelligitur. Apud pauperiores autem, feminarum, uti in ceteris, ita hac quoque in causa duriorem fuisse conditionem, unicuique perspicuum. »Egentes enim, dicit Aristoteles, quia servis carent, necesse habent uxoribus et liberis tamquam pedissequis et ministris uti" (1).

§ 2.

Feminarum domi custodia.

Feminas Athenis a virorum consuetudine fuisse remotas atque in gynaeceo, quo nemo nisi propinqua cognatione conjunctus accedebat, fere vitam degisse, vel ex Nepotis in Praefatione verbis unicuique notum. Et universe omnino ita sese res habebat. Γυναικωνῖτις illa interior, saepe etiam superior domus pars (2), omnes quae in aedibus aderant continebat feminas cum parvis qui earum curae erant mandati, liberis. Summa hujus domus partis custodia, uti vel ex mulierum apud Aristophanem intelligitur querela, ubi propter Euripidem mariti

---

(1) *Aristot.* Polit. VI. fin. (2) e. g. *Lysias* p. 12 ed. Reisk. Cf. *Vitruv.* VI, 10. et *Pollux* X, Cap. 28, ubi varia Gynaecei σκεύη enumerantur.

— ταῖς γυναικωνίτισιν
σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλούς,
τηροῦντες ἡμᾶς· καὶ προσέτι Μολοττικούς
τρέφουσι, μορμολύκεια τοῖς μοιχοῖς, κύνας (1).

Quae licet a Comico in majus fortasse sint adaucta, nec ad omnes omnino extendenda maritos, vel sic tamen arcte semper gynaeceum a reliquis domus partibus erat separatum (2); ipsumque violare, ita ut alienus intraret vir, magnum habebatur nefas (3). In hac autem γυναικωνίτιδι majorem vitae transigebant partem, ita interdum abditae et ab omni cum alienis consortio alienae, ut etiam a domesticis conspici puderet (4): imo Plato, ubi in libris de Legibus de communibus virorum et mulierum loquitur conviviis publicis, ridiculum prorsus vocat, si quis conaretur feminas, ut palam coenarent, cogere: » nihil enim est quod difficilius hoc perferret genus: cum enim consueverit contracte atque obscure vivere, si vi in lucem protraheretur, omni obnitens robore atque conamine, longe longeque legislatorem vinceret" (5). Ipsius quo-

(1) Thesmoph. 414 Cf. *Jacobs.* Verm. Schr. IV, 270 sqq. et *Menandr.* Fragm. ed. Grot. p. 284, 129. (2) e. g. *Xenoph.* Oecon. IX, 5 ubi pro βαλανείῳ cum Jacobsio aliisque βάλανῳ legendum videtur. (3) *Lysias* p. 139. (4) *Lysias* l. 1. *Lycurg* ed. Reisk. p. 165. *Isaeus* p. 22. *Isocrat.* ed. Stereot. Teubn. 406, 10. (5) *Plato* de Legg. pag. 781 C. Per hanc quoque vivendi rationem factum, ut feminae quammaxime antiquum servarent sermonem, τῷ ἰῶτα καὶ

que Solonis leges huic feminarum a viris favebant separationi. Variis enim legibus earum exitum (1),

---

τῷ δέλτα εὖ μάλα utentes. *Plato* Cratyl. 418 B. Cff. *Cic.* de Orat. III, 12 et *Valcken.* ad *Theocr.* Adonias. p. 200. *Philelphi* Epist. ad. ann. 1451. – Digna, quae de hac feminarum reclusione afferantur, sunt verba *Morgensternii* in Commentationibus de *Platonis* Rep. p. 219. » Semper fere in interiore parte aedium sedebant, quo nemo accedebat, nisi propinqua cognatione conjunctus; neque in magna convivia adhibebantur, nec aliam facile habebant occasionem, consuetudine cum viris doctis et probis, cui nostra aetate sexus femineus virtutum suarum non minimas debet, suos mores fingendi. Nam quae res ingenium expoliunt, mentemque erudiunt ac formant, quum eae aut nonnisi a viris docerentur, quibus omnis ad feminas aditus praeclusus erat, aut locis publicis traderentur, quae frequentare feminis indecorum habebatur, earum cognitione plane carebant. Sic omnis earum doctrina continebatur tum addiscendis quibusdam opificiis, quibus tempus fallerent, ut lanificio, textrina, tum addiscenda opera illa arte cultus ornatusque muliebris. Itaque quo tempore viri foris aut in concione versabantur, aut sermonibus philosophorum assistebant, aut artificum officinas visebant, aut in gymnasiis exercebantur: feminae domi latebant, omni fere aut animi aut corporis excolendi opportunitate destitutae." Quae verba, licet, uti ex sequentibus, ni fallor, patebit, nimis universe sint enuntiata, totum tamen negotium egregie explicant. (1) » Ich verstehe dieses nicht vom Ausgehen einzelner Weiber zu häuslichen Geschäften, denn es wäre ungereimt, dieses zu verbieten, und ohnehin verrichteten es meistentheils männliche Sklaven, sondern von einem öffentlichen Erscheinen, welches entweder den guten Sitten oder der öffentlichen Ruhe gefährlich war." *Schlegel.* l. l. p. 144. Cf. *Limb. Brouwer.* l. l. p. 129.

luctum in funeribus et festa coërcuit, ita ut omnis in iis impediretur licentia: jussit enim ne femina plus quam tres habens vestes exiret, neque plus cibi vel potus secum ferens quam obolo emtum, neque canistrum cubitali majus (1), neque noctu exiret nisi curru vectam praecedente lucerna. Praeterea ne ad aliena procederet monumenta nisi in ipsis exsequiis; quibus omnibus praepositi erant *γυναικονόμοι* et *γυναικοκόσμοι*, cum lex Phidippidis eas, quae in viis inhoneste se gerebant, mille puniret drachmis (2).

Haec igitur universe cum gynaecei esset ratio, ab altera tamen parte aeque longe a severa orientalium reclusione aberant Graeci, ut decorum potius et honestarum haberetur feminarum, quamminime in publicum prodire (3). Saepissime quoque extra gynaeceum eas de-

---

(1) De feminarum festorum, imprimis Bacchicorum, opportunitate ex urbe absentia haec esse intelligenda, cum *Wassenb.* et *Bosscha* ad batavam *Plutarchi* versionem V, II, p. 61 in nota, censeo. (2) *Plut.* Solon. 21, *Hesych.* v. *πλάτανος*. *Pollux*, VIII, 9 § 112. *Suid.* v. *ὅτι χιλ.* Cf. *Meurs.* Lectt. Att. II, 5. De his pluribus in parte juridica agetur. (3) *Plutarch.* Barbarorum in feminis custodiendis severitatem atque *ζηλοτυπίαν* tamquam rem Graecia ignotam atque miram, his verbis describit: Τοῦ βαρβαρικοῦ *γένους τὸ πολὺ καὶ μάλιστα τὸ* Περσικὸν, *εἰς ζηλοτυπίαν τὴν περὶ τὰς γυναῖκας ἄγριον φύσει καὶ χαλεπόν ἐστιν. Οὐ γὰρ μόνον τὰς γαμετὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας, ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ᾽ οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι κατακεκλεισμένας, ἐν*

prehendimus, ut apud Aristophanem, ubi mulier exiit, et maritus quo se contulerit illa ignorat:

—— μῶν ἐπ' ἄριστον γυνὴ
κέκληκεν αὐτὴν τῶν φίλων (1);

In Thesmophoriazusis vero feminarum chorus ita spectatores alloquitur: » Nos vero ad spectatores conversae nosmetipsas laudemus, quamvis nemo non muliebri generi multa dicat convicia quasi merum simus malum hominibus, et a nobis oriantur omnia, lites, rixae, seditio, molestus dolor, bellum. Sed quaeso vos, si malum sumus, cur ducitis nos uxores, si vero sumus malum? et interdicitis, ne exeamus, et ne qua nostrum ex fenestra prospiciens deprehendatur? quin tanto studio malum studetis custodire? quod si egressa fuerit mulier aliquo, neque eam inveniatis domi, insanum in modum insanitis, quos oportebat diis libare et laetari, si revera ex aedibus evaserit vobis malum, nec illud reperiretis domi. Et si forte lusu defatigatae

δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι. Themist. 36. Quae profecto non ita enarrasset, nisi magnum inter utriusque populi rationem intercederet discrimen. Apud Graecos autem *pulcrum* et *decorum* habebatur, feminam domi manere. Vid. e. g. *Xen.* Oecon, VII, 30: τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον, ἔνδον μένειν ἢ θυραυλεῖν, τῷ δὲ ἀνδρὶ αἴσχιον, ἔνδον μένειν, ἢ τῶν ἔξω ἐπιμελεῖσθαι. Cf. *Menandri* fragm. ed. Grot. 90, 2. *Eurip.* Heracl. 477. (1) Eccles. 348. Cf. 520 sqq. ubi redit uxor. E tota autem expositione, rem non ita fuisse extraordinariam, satis patet.

dormiamus in alienis aedibus, unusquisque malum hoc investigat, lectos circumiens. Quod si e fenestra prospexerimus, quislibet illud malum spectare studet: et si qua pudore suffusa recesserit, multo magis quisque cupit, ut caput exserens malum rursus se conspiciendum praebeat" (1).

In funeribus quoque in publicum prodibant feminae, ita ut certus iis adsignatus esset locus, et viri antecederent, feminae vero sequerentur cadaver. Nec tamen minores sexaginta annis funus sequebantur, nisi ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν erant, vetante lege, cujus verba apud Demosthenem habentur (2). In tali funere Euphileti uxor ab Eratosthene primum conspecta cum ipsius matris sequeretur exsequias, deinde ab ipso corrumpebatur (3).

In publica porro calamitate, cum Athenienses ad Chaeroneam a Philippo essent profligati "conspiciendas se praebebant feminae liberae foris, perculsas, trepidantes et rogitantes superessentne patres, mariti, fratres; indigne et semet ipsis et civitate conspectas" (4). Funebri item Periclis orationi in caesos in bello Peloponnesiaco intererant feminae cognatae lacrymantes et

(1) *Aristoph.* Thesmoph. 790 sqq. Cf. eod. 409. *Plut.* Per. 10, 13, 24, *Aristoph.* Pax. 979 sqq. et omnino V. Cl. *v. Limburg Brouw.* p. 141 sqq., (2) *Demosth.* Reisk. p. 1071. Cf. *Aelian.* V. H. VI. 1, ibique Intt. (3) *Lysias.* p. 11. (4) *Lycurg.* Reisk. p. 165.

ululantes, quae oratorem a suggestu descendentem, ut victorem athletam taeniis et corollis redimiebant (1).

Honestae autem feminae, ubi in publicum prodibant, se velabant et servam vel ancillam secum ducere solebant: deinde vero magis magisque corruptis moribus, ad luxum pertinere coepit plures secum ducere ancillas vel eunuchos etiam, et pompa quadam procedere, quare Phocionis laudatur uxor, cum una tantum prodiens semper ancilla (2).

In pauperioribus omnino major obtinebat licentia, uti ex Aristotelis quoque verbis intelligitur, ubi *γυναικονόμους* et *παιδονόμους* imprimis ad aristocratiam pertinere observat, non vero ad democratiam: » quonam enim modo fieri possit, ut pauperum uxores domo exire prohibeantur? Neque rursus ad oligarchiam illi pertinent; luxuria enim diffluunt paucorum qui reipublicae praesunt uxores" (3). Sic ubi memorantur quae

(1) *Thucyd.* II, 34, 45. *Plut.* Pericl. 28. False igitur, ut plurima posteriorum rhetorum commenta, quibus nimiam fidem tribuit Meursius, *Libanius*, Declam. VI, *οὐ γὰρ νόμος τοῖς περὶ τοῦ θανάτου λόγοις ἐκείνην παρεῖναι* *Meurs.* Them. Att. p. 84. (2) *Plut.* Phoc. 19. *Terent*, Eunuch. 1, 2, 87, *Theophr.* Charact. 22. ibique *Casaubon. Aristaen.* II, 2 et 18. — Apud Locrenses et Phocenses non moris fuisse nisi nuper demum, ut servos et ancillas sibi emerent, testis est *Timaeus* apud *Athen.* VI. 86: primam igitur fuisse Philomeli uxorem ejus, qui Delphos cepit, quam duae sequerentur ancillae. (3) *Aristot.* Polit. IV, 15 Cf. VI, fin.

varias res in foro vendunt, vindemiatrices (1) aliae, quae per ipsius quod exercebant muneris naturam in publico versari cogebantur inferioris conditionis feminae, in hisce igitur hunc morem non obtinuisse, ultro patet: quare etiam lex quae vetabat moechum in meretrice deprehendere, item de hisce feminis *αἳ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι* valebat (2), unde quantopere tale vivendi genus in feminis Atheniensium moribus improbaretur, facile intelligitur (3).

Ad difficillimam et inter varios viros doctos varie jam agitatam devenio quaestionem, quae certe in nostro argumento tractando plurimi est momenti, nempe num in theatrum venerint feminae Athenienses (4). Et quamvis minime meum sit tantas componere lites, silentio tamen gravissimum premere locum non licet, quare cum ea qua juvenem decet verecundia ad eum tractandum jam accedo. Et primum quidem in hac

---

(1) e. g. *Demosth.* p. 1313. *Aristoph.* Lys. 458 sq. (2) *Demosth.* p. 1367, et 1308, ubi leges jubent ἔνοχον εἶναι τῇ κακηγορίᾳ τὸν τὴν ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι, ἡμεῖς δ' ὁμολογοῦμεν καὶ ταινίας πωλεῖν καὶ ζῆν οὐχ ὅντινα τρόπον βουλόμεθα. Cf. *Menander* Rhetor apud *Meurs.* Att. Lectt. II, 5. Cl. *v. Limb. Br.* l. l. p. 127. (3) Vid. *Wieland.* Att. Mus. II, p. 162 N[a]. 2. Cf. *Plut.* Nupt. Praec. p. 538 Reisk. (4) Varii qui hac de re scripserunt auctores enumerantur cum apud *Passow*, in Zeitschrift für Alterthumswissenschaft 1837, N[o]. 29, quod Cl. Geelii mihi suppeditavit humanitas, tum nuperrime apud Cl. *v. Limb. Br.* l. l. p. 135.

quaestione explicanda probe distinguendae a se invicem sunt tragoedia atque comoedia, quoniam propter plane diversam utriusque rationem id, quod de altera valet, de altera non semper consequitur: quod cum non satis observaverit Wachsmuthius, universe feminis aditum ad theatrum denegavit, eam maxime ob caussam, quod θεωρικόν viris tantum, non vero singulis familiae membris tribui solebat (1). Quod tamen argumentum quam parum valeat, vel inde colligitur, quod tragoediae certe feminas interfuisse facile probaturi nobis videmur. De hac igitur prius videamus, mox de comoedia, quaestione longe difficiliore, acturi.

In tragoedia autem ut feminas admittamus, primum facit notissima in vita Aeschyli narratio: τινὲς δέ φασιν ἐν τῇ ἐπιδείξει τῶν Εὐμενίδων σποράδην εἰσαγαγόντα τὸν χορὸν τοσοῦτον ἐκπλῆξαι τὸν δῆμον, ὥστε τὰ μὲν νήπια ἐκψῦξαι, τὰ δὲ ἔμβρυα ἐξαμβλωθῆναι (2). Quam etiamsi falsam esse Böttigero concedamus, vel sic tamen ipsa narratio per se satis probat feminas interfuisse, quia neutiquam tam antiqua traditio exstare potuisset, si feminae ab ipsa tragoedia fuissent exclusae. Quo magis miror Cl. Bruwerum non majorem huic argumento tribuisse auctoritatem, cum ipse alio loco verissime ita de similibus traditionibus disserat: » On ne m' objectera pas, sans doute, que ces contes ne méritent pas tous le titre

(1) Hellen. Alterthumsk. II, 2. 75. (2) V. IV, p. 454. ed. *Schütz*.

d' histoires. Quand ils n'appartiendroient pas même aux traditions populaires, quand ce seroient même des fables entièrement controuvées, on n'auroit pas moins le droit d'en tirer une conclusion par rapport au génie et au caractère du peuple pour lequel ils avoient été inventés" (1).

Praeter hanc vero traditionem alia occurrunt loca, e quibus procul dubio constare videtur, feminas omnino in theatrum venisse, ubi tragicae agerentur fabulae. Faciunt huc *Plato* de Legg. VII, p. 817, ubi de tragicis agit poëtis et ita eos alloquitur: — — *μὴ δὴ δόξητε ἡμᾶς ῥᾳδίως γε οὕτως ὑμᾶς ποτε παρ' ἡμῖν ἐάσειν σκηνάς τε πήξαντας κατ' ἀγορὰν, καὶ καλλιφώνους ὑποκριτὰς εἰσαγομένους, μεῖζον φθεγγομένους ἡμῶν, ἐπιτρέψειν ὑμῖν δημηγορεῖν πρὸς παῖδάς τε καὶ γυναῖκας, καὶ τὸν πάντα ὄχλον κ. τ. λ.* Item de Legg. II, 658: — — *εἰ μὲν τοίνυν τὰ πάνυ σμικρὰ κρίνοι παιδία, κρινοῦσι τὸν τὰ θαύματα ἐπιδεικνύντα, ἐὰν δὲ γ' οἱ μείζους παῖδες, τὸν τὰς κωμῳδίας· τραγῳδίαν δὲ αἵτε πεπαιδευμέναι τῶν γυναικῶν.* Georg. 502. D: ubi de tragoedia sermo est: *νῦν ἄρα ἡμεῖς εὑρήκαμεν ῥητορικήν τινα πρὸς δῆμον τοιοῦτον, οἷον παίδων τε ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, καὶ δούλων καὶ ἐλευθέρων.* Memoranda quoque imprimis sunt verba Aeschyli in certamine cum Euripide apud *Aristoph.* Ran. 1050.

ὅτι γενναίας καὶ γενναίων ἀνδρῶν ἀλόχους ἀνέπεισας,
Κώνεια πιεῖν, αἰσχυνθείσας διὰ τοὺς σοὺς Βελλεροφόντας, —

et Plutarchi narratio, ubi Phocionis uxoris celebrat

(1) l. l. V. I, p. 147, N°. 4.

σωφροσύνην· καί ποτε θεωμένων καινοὺς τραγῳδοὺς Ἀθηναίων, ὁ μὲν τραγῳδὸς εἰσιέναι μέλλων, βασιλίδος πρόσωπον ᾔτει καὶ κεκοσμημένας πολλὰς πολυτελῶς ὀπαδοὺς τὸν χορηγόν· καὶ μὴ παρέχοντος, ἠγανάκτει καὶ κατεῖχε τὸ θέατρον, οὐ βουλόμενος προελθεῖν. Ὁ δὲ χορηγὸς, Μελάνθιος, ὠθῶν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον, ἐβόα· τοῦ Φωκίωνος οὐχ ὁρᾷς γυναῖκα προϊοῦσαν ἀεὶ μετὰ μιᾶς θεραπαινίδος; ἀλλ' ἀλαζονεύῃ καὶ διαφθείρεις τὴν γυναικωνῖτιν (1).

Et praeterea apud Aristophanem, ubi feminae inducuntur, maxime in Thesmophoriazusis, egregie hae Euripidis fabulas ejusque in feminas opprobria cognorunt, ita ut non a maritis exaudivisse, sed in theatro ipsae coram eas spectasse videantur. Nec ullam video causam, quidni feminae quoque participes fuissent publici atque solennis spectaculi, arctissime cum ipsa religione festisque conjuncti. Feminarum reclusio obstare non potuit, quippe quae, ut vidimus, non tam arcta fuit quam vulgo putant, imo in aliis festis, ut mox videbimus, maxima earum erat licentia. An vero Athenienses hac in re, recte rogat Jacobsius (2), severiores fuissent quam Portogalli illi, de quibus locupletissimus narrat testis, eos maximopere ζηλοτυπίᾳ duci, quamobcausam paucissimae sunt aedes quin priva habeant sacella, ut omnis exeundi opportunitas feminis adimatur. Nihilominus tamen, addit, in theatrum veniunt, quoniam illic a viris separatae sedent.

---

(1) *Plut.* Phoc. 19. (2) l. l. p. 273.

In comoedia jam res est longe difficilior, tum propter infinitam antiquae comoediae licentiam atque obscoenitatem, tum propter auctorum veterum vel silentium vel ambiguitatem, ita ut fortasse res numquam ad certum exitum perduci possit. Ad obscoenitatem vero quod attinet, ne nimium ei tribuamus et hanc unice ob causam feminis aditum in comoedia interdicamus, faciunt plane diversi hac in re Graecorum mores (1), summa in reliqua quoque vita nudatio, minor feminarum apud eos honor; cum praeterea, etiamsi interdum adfuerint feminae in comoedia, minime verosimile sit eas » in tam doctis fabulis quales sunt *Nubes*, vel in doctioribus etiam, ut *Lysistrata* atque *Ecclesiazusis*" (2), nimis frequentes interfuisse.

Ad auctorum autem testimonia quod attinet, primum habentur nonnulla, ubi de Theatro universe quaestio est: e. g. *Athen.* XII, 47„ ubi de Alcibiade narrat: ὅτε χορηγοίη πομπεύων ἐν πορφυρίδι, εἰσιὼν εἰς τὸ θέατρον ἐθαυμάζετο οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν. *Pollux* II, 56: θεάτρια καὶ συνθεάτρια ἡ παλαία κωμῳδία. Cf. IV, 121. VI, 158. X, 67: προςθετέον δὲ - καὶ τὴν ἐν Ἀριστοφάνους Σκήνας καταλαμβανούσαις

——— λήκυθον

τὴν ἑπτακότυλον, τὴν χυτραίαν, τὴν καλὴν,

ἣν ἐφερόμην, ἵν' ἔχοιμι συνθεάτριαν,

---

(1) Cf. *Jacobs*, l. l. p. 277. (2) *Wolf*, Vorr. zu Aristophanes Wolk. p. XXV.

εἴρηται γὰρ νῦν ἐπὶ ἐκπώματος. — IX, 44: προσαριθμητέον δὲ τοῖς δημοσίοις θέατρον, καὶ θεάτρου μέρος πρὸς τοῖς προειρημένοις κερκίδα, ὡς ἔστιν εὑρεῖν ἐν Ἀλέξιδος Γυναικοκρατίᾳ·

ἐνταῦθα περὶ τὴν ἐσχάτην δεῖ κερκίδα,
ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν, ὡς ξένας.

Aristoph. Eccles. 20 sqq.

—— καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἕδρας,
ὡς Σφυρόμαχός ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι·
δεῖ τὰς ἑταίρας ἐγκαθιζομένας λαθεῖν.

ubi tamen lectio valde est corrupta et difficilis explicatu. Cff. Intt. ad h. l. et *Passow*, l. l. *Suidas* v. Σφυρόμαχος· ὁ δε Σφυρόμαχος ψήφισμα εἰσηγήσατο, ὥστε δεῖν τὰς γυναῖκας τὰς ἑταίρας χωρὶς τῶν ἐλευθέρων καθέζεσθαι, οἱ δὲ ὅτι τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς ἄνδρας χωρὶς καθέζεσθαι.

Quae omnia ad tragoediam referri possunt non minus quam ad comoediam, ita ut, quod ad ipsam attinet comoediam, de qua hoc loco agimus, nil certi hinc derivari possit.

Alia, quae huc referri solent loca, ad comoediam novam pertinent, in qua propter plane diversam ejus rationem omnino interfuisse videntur feminae, non minus quam apud Romanos (1). Pertinet huc locus *Alciphronis* II, 3, p. 230. ed, Bergl. et II, 4, p. 248, de Glycera in theatro sedente, ubi Menandri agerentur fabulae. Porro *Chrysostom.* Homil. in Epist. ad

(1) *Vitruv.* V, 3. *Plaut.* Poenul. Prol. 28 sqq.

Titum C. 3, p. 762 A: τὰ δράματα αὐτοῖς πάντα πορνείας γέμει, μοιχείας, ἀσελγείας, διαφθορᾶς· παννυχίδες ἐγένοντο μιαραί, καὶ γυναῖκες ἐκαλοῦντο ἐπὶ τὴν θέαν. ὢ τῆς μιαρίας· ἐν νυκτί, ἐν θεάτρῳ παννυχὶς ἦν, καὶ παρθένος ἐκάθητο μεταξὺ νέων μεμηνότων καὶ μεθύοντος ὄχλου. Quae omnia cum antiqua comoedia, de qua h. l. disceptatur, nil commune habent.

Majoris momenti in nostra quaestione est notissimus Aristophanis locus, Pace 965 sqq, qui tamen, ut verum fatear, rite variis interpretationibus perpensis, tum propter dubiam lectionem, tum propter reliquam ambiguitatem, nec pro quaestione nec contra eam militare mihi posse videtur. Sententiae, ac si adfuerint feminae, plus minusve favere videntur: *Plato* de Legg. p. 658, ubi sine ullo discrimine feminae cum viris simul ad omnia admittuntur spectacula, cum comoediam tum tragoediam. Eodem p. 816, E. sq. τὰ μὲν οὖν τῶν καλῶν σωμάτων καὶ γενναίων ψυχῶν εἰς τὰς χορείας, οἵας εἴρηται δεῖν αὐτὰς εἶναι, διαπεπέρανται· τὰ δὲ τῶν αἰσχρῶν σωμάτων καὶ διανοημάτων, καὶ τῶν ἐπὶ τὰ τοῦ γέλωτος κωμῳδήματα τετραμμένων, κατὰ λέξιν τε καὶ ᾠδὴν καὶ κατὰ ὄρχησιν καὶ κατὰ τὰ τούτων πάντων μιμήματα κεκωμῳδημένα, ἀνάγκη μὲν θεάσασθαι, καὶ γνωρίζειν· ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν μὲν οὐ δυνατὸν, εἰ μέλλει τις φρόνιμος ἔσεσθαι· ποιεῖν δὲ οὐκ ἂν δυνατὸν ἀμφότερα, εἴτις αὖ μέλλει καὶ σμικρὸν ἀρετῆς μεθέξειν. ἀλλὰ αὐτῶν ἕνεκα τούτων καὶ μανθάνειν αὐτὰ δεῖ, τοῦ μή ποτε δι' ἄγνοιαν δρᾶν ἢ

λέγειν ὅσα γελοῖα, μηδὲν δέον· δούλοις δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ ξένοις ἐμμίσθοις προστάττειν μιμεῖσθαι. σπουδὴν δὲ περὶ αὐτὰ εἶναι μηδέποτε μηδ' ἡντινοῦν, μηδέ τινα μανθάνοντα αὐτὰ γίγνεσθαι Φανερὸν τῶν ἐλευθέρων, μήτε γυναῖκα, μήτε ἄνδρα. *Pollux* IV, 19, 130: ἐν δὲ κωμῳδίᾳ, ἀπὸ τῆς διστεγίας πορνοβοσκοί τινες κατοπτεύουσι ἢ γρᾳδιον ἢ γύναιον καταβλέπει. Aderant porro pueri (1) — — sed malo ἐπέχειν et ignorantiam confiteri in iis, de quibus ipsi antiqui certiores nos facere non necesse duxerunt (2).

§ 3.

Mariti cum uxore vita domestica.

Universe maritum saepius domo et ab uxore abfuisse ex tota patet Atheniensium vivendi ratione, quippe illius publica fere, hujus unice domestica erat vita. Cui rei cum accederet neglecta quam vidimus puellarum institutio, non mirabimur, narrante Xenophonte, tale Socrati cum Critobulo fuisse colloquium: »Estne, rogat Socrates Critobulum, cui alii seriarum rerum plura committas quam quidem uxori? — Nulli, inquit. — Estne vero, *quocum minus colloquaris quam cum uxore? — Sin minus, cum paucis sane.* —

(1) Vid. e. g. *Aristoph.* Pax. 50 et 767. (2) *Jacobs*, l. l. p. 278.

Duxistine eam quammaxime puellam, an vero etiam quae quamminime vidisset atque audivisset? — Quammaxime. — Igitur longe magis mirandum, si quid sciret eorum, quae dicenda agandave essent, quam si ignoraret" (1). Apud Aristophanem eodem prorsus modo feminae de maritis conqueruntur: » Superiore quidem bello et tempore tulimus patienter modestia nostra vos viros, quidquid ageretis: non enim sinebatis nos mutire: postea non placebatis nobis: sed sentiebamus quid ageretis, domique saepe audivimus vos magnis de rebus mala cepisse consilia. Deinde interno dolore aegrae, cum risu vos interrogabamus: quid vobis hodie in concione constitutum est columnae inscribere de pace? Tum vir, quid hoc ad te, ajebat: nonne tacebis? Et ego tacebam. *Alia mul.* At ego numquam tacuissem. *Prov.* At plorasses, nisi tacuisses. *Lys.* Ego vero domi tacebam. Audito forte alio quo deteriori vestro consilio, quaerere solebamus: mi vir, qui fit, ut haec tam stulte agatis? at ille statim, limis me intuens ajebat: Nisi subtemen neveris, dolebit tibi caput diu: bellum autem curabunt viri (2).

Quae, utpote a festivo Comico, licet in majus sint adaucta, revera tamen haud ita valde tum a Xeno-

---

(1) *Xenoph.* Oecon. III, 12. (2) *Aristoph.* Lysistr. 507 sqq. Quantopere contra viri interdum se immiscerent rebus uxorum in administranda re domestica, patet ex eod. Thesm. 425 sqq. ibique Intt.

phontis supra laudato colloquio, tum a reliqua Atheniensium de feminis cogitandi ratione differunt (1). Ab altera tamen parte de iisdem hisce adeo civitatis rebus feminas cum maritis colloquentes invenimus, ita ut non prorsus, ne publicarum quidem rerum expertes interdum fuisse videantur (2).

Ceterum pro varia indole variaque conditione variam quoque mariti cum uxore fuisse vitam, monere nil opus: Euphiletus apud Lysiam gloriatur, se ita uxorem habuisse, ut neque molestus ei esset severitate modum excedente, neque rursus ipsi admodum liceret, quaecunque vellet, agere: sed observabat eam quam poterat diligentissime, animumque, prouti fas erat, ad eam attendebat. Cum autem puerulum ex ea suscepisset, jam confidere ei coepit et omnia sua ejus commisit fidei, existimans hoc fiduciae documentum familiaritatis vinculum arctissimum atque sanctissimum (3). Ischomachi quoque illa, de qua supra vidimus uxor,

---

(1) Vid. hujus disputationis Cap. V. Cf. *Wieland*, Att. Mus. II, 131 sq. (2) e. g. *Demosth.* p. 1382, 27. *Lycurg.* 234. *Aristoph.* Eccles. 552. (3) *Lysias*, p. 8. Cf. *Aristoph.* Vesp. 604 sqq. Saepius apud Athenienses hoc obtinuisse videtur, ut nato infante, liberius uxor haberetur, unde quoque in Etymol. M. Μητὴρ παρὰ τὸ μὴ τηρεῖσθαι. Αἱ γὰρ γυναῖκες πρὶν γένωνται μητέρες, φυλάττονται πρὸς τὸ μὴ λυμανθῆναι τὴν αὐτῶν παρθενίαν. Ἡνίκα δὲ γένωνται μητέρες, οὐ τηροῦνται. Cui derivationi etiamsi non magnopere fidem habeamus, res tamen ipsa satis inde patet.

amanter a viro habebatur, cujus cum ea apud Xenophontem colloquia miram spirant suavitatem cum amore conjunctam: ipsa etiam conjux amabilis prorsus et σώφρων apparet (1). Universe vero non multum felicitatis domesticae nuptiae Atheniensibus attulisse videntur: rarum Periclis atque Aspasiae, rarum Phocionis exemplum (2): γυναικοκρατία imprimis haud raro obtinuisse videtur. Notum Themistoclis de filio apophthegma, plurimum eum inter Graecos valere: etenim Athenienses Graecis imperare, se vero Atheniensibus, illius matrem sibi, filium autem matri (3). Imprimis ἐπίκληροι (4) et eae, quae magnam attulerant dotem vel ex antiqua et clara natae erant familia, saepe imperabant maritis (5), ita ut Plautinum illud:

argentum accepi: dote imperium vendidi (6) —

satis frequenter obtinuisse videatur. Sic queritur Strepsiades apud Aristophanem, simul elegantissime talis

---

(1) Oecon. VII-X. (2) *Plutarch.* Phoc. 19. *Aelian.* V. H. VII, 9. (3) *Plut.* Themist. 18. Id. de lib. educ. p. 2. Reisk. Cff. Pitheci exemplum apud *Aristoph.* Aves 439 sq. ibique Schol. *Alciphr.* Epist III, 71. Cl. v. *Limb Br.* l. l. p. 116 sqq. (4) De his in parte juridica pluribus erit agendum. (5) *Aristotel.* Eth. Nicomach. VIII, 12 fin. Frequenter quoque ad hanc γυναικοκρατίαν alludunt poëtae, tum tragici tum comici, quos saepe, etiamsi non aperte dicitur, sua respexisse constat tempora. Sic e. g. *Eurip.* Electr. 931 sqq. 1097. *Menandri* fragm. ed. Grot. p. 244, 159. Fragm. *Eurip.* in *Valcken.* Diatr. p. 72 B. (6) Asinar. I, 1, 73.

uxoris mores describens: »Heu, utinam pessimis exemplis periisset pronuba illa, quae me ut matrem tuam ducerem impulit! Ruri enim agebam vitam suavissimam, squalidam, incomtam, redundantem apibus et ovibus et fracibus. Deinde uxorem duxi Megacli, Megacli filii ex sorore neptem, rusticus urbanam, superbam, luxoriosam, Coesyrae moribus imbutam. Hanc postquam duxeram, cum ea cubabam olens mustum, ficus, lanarum copiam: illa vero unguentum, crocum, collabellata oscula, sumtus, heluationes, 'Coliadem et Genetyllidem. Non equidem dicam otiosam eam fuisse, sed ἐσπάθα (1). Ego autem ei pallium hoc ostendens, eoque utens praetextu, dicere ei solebam: Mulier, λίαν σπαθᾷς. Postea cum nobis jam natus esset filius iste, mihi scilicet et bonae illi mulieri, inter nos primum de nomine obortum est jurgium ad hunc modum. Illa quidem *equum* addebat nomini, Xanthippum, aut Charippum, aut Callipidem eum nuncupans: ego vero avi imponebam ei nomen Phidonidem. Hactenus quidem processit concertatio: postea tandem convenit inter nos, et dedimus ei nomen Phidippidi. Hunc autem illa gnatum gremio complexa blande alloquebatur: Quando tu grandis factus currum agitabis urbem versus, ut Megacles, croceo amictus pallio! Ego autem dicebam: Immo, quando tu capras duces e

---

(1) Vid. Schol. ad h. vs.

Phelleo, ut pater tuus, renone indutus" (1). Frequentes, apud Comicos imprimis, de hoc mulierum imperio querelae, ubi ita talium uxorum describuntur mores:

Ὦ δυστυχεῖς ἡμεῖς * * πεπρακότες
τὴν τοῦ βίου παῤῥησίαν καὶ τὴν τρυφὴν,
γυναιξὶ δοῦλοι ζῶμεν ἀντ' ἐλευθέρων.
Ἔπειτ' ἔχειν προῖκ' οὐχὶ τιμὴν πάσχομεν;
πικράν γε, καὶ μεστὴν γυναικείας χολῆς.
Ἡ τῶν γὰρ ἀνδρῶν ἐστι πρὸς ἐκείνην μέλι·
οἱ μέν γε συγγνώμην ἔχουσ' ἀδικούμενοι·
αὗται δ' ἀδικοῦσαι καὶ προσεγκαλοῦσ' ἔτι·
ὧν οὐκ ἐχρῆν, ἄρχουσιν, ὧν δ' ἄρχειν ἐχρῆν,
ἀμελοῦσιν· ἐπιορκοῦσιν· οὐδὲ ἓν κακὸν
ἔχουσι, καὶ κάμνειν λέγουσ' ἑκάστοτε (2).

Nec per totam nuptiarum Athenis rationem aliter profecto fieri potuit, quin parvum in iis esset felicitatis domesticae praesidium. Verus enim amor ab iis fere exsulabat et in juvenum tantum amore, e Socraticorum certe sensu, obtinebat: quae omnia ex Athenien-

(1) *Aristoph.* Nub. 41 sqq. Similes uxoris cum marito contentiones proprio verbo ἀῤῥήνειν dicebantur. *Hesych.* in v. ἀῤῥήνειν· λοιδορεῖν, καὶ γυναῖκα πρὸς ἄνδρα διαφέρεσθαι. (2) *Alexis* apud *Athen.* XIII, 7. Cff. *Plut.* de tranq. anim. 11. *Plaut.* Aulul. III, 5, 24 sqq. in quibus scena itidem est Athenis, uti patet e. g. ex V, 1, 3. De ἐπικλήρων maxime superbia vid. fragm. *Menandri* p. 150-154, p. 232 fr. 118.

sium de feminis opinionibus sunt explicanda (1). Amor vero erga feminas erat affectus vehemens ad sensus maxime pertinens, cui resistere omnium habebatur difficillimum (2). Ipsae nuptiae inibantur spondente puellae κυρίῳ, ita ut nulla ipsius virginis haberetur ratio, quae praeterea propter arctam quam vidimus reclusionem saepe vix cognita juveni esse potuit, vel certe non alium atque talem qualem diximus ei inspirare amorem. Et raro profecto hicce amor, si scilicet amor dicendus, intercedere debuit, ubi, imprimis magis magisque corruptis moribus, talia in uxore eligenda invaluere principia, qualia Menander hisce exhibet versibus:

καὶ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει,
ἅπαντας ὦ Ζεῦ σῶτερ, ὡς ὠνήμεθα.
οὐκ ἐξετάζειν μὲν τὰ μηθὲν χρήσιμα,
τίς ἦν ὁ πάππος ἧς γαμεῖ, τιτθὴ δὲ τίς.
τὸν δὲ τρόπον αὐτῆς τῆς γαμουμένης, μεθ' ἧς
βιώσεται, μήτ' ἐξετάσαι, μήτ' ἰδεῖν·
ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν Φέρειν τὴν προῖχ', ἵνα
εἴτ' ἀργύριον καλόν ἐστι δοκιμαστὴς ἴδῃ,
ὃ πέντε μῆνας ἔνδον οὐ γενήσεται,
τῆς δια βίου δ' ἔνδον καθεδουμένης ἀεὶ
μὴ δοκιμάσασθαι μηδὲν, ἀλλ' εἰκῇ λαβεῖν

(1) Vid. hujus disputat. Cap. V. (2) Vid. hac de re omnino v. *Ramdohr*, Ven. Uran. III, 1, et V. Cl. *v. Limb. Brouwer*, l. l. p. 80 sqq.

ἀγνώμον', ὀργίλην, χαλεπὴν, ἐὰν τύχῃ,
λάλον. περιάξω τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα
τὴν πόλιν ὅλην. οἱ βουλόμενοι ταύτην λαβεῖν,
λαλεῖτε. προσποιεῖσθε τηλικοῦ κακὸν
λήψεσθ', ἀνάγκη γὰρ γυναῖκ' εἶναι κακόν.
ἀλλ' εὐτυχής ἐσθ' ὁ μετριώτατον λαβών (1).

Praeter quae omnia saepe, jubente lege, nuptiae contrahebantur inter cognatos, ne stirps emoreretur (2). Non mirum igitur inter monumenta quoque poëseos Graecorum, fidae eorum indolis interpretis, tam pauca superesse poëmata, quibus amor celebretur conjugalis, cum Anthologia scateat epigrammatibus in hetaeras atque amasios. Plures quoque Comici scripserunt Ἀπολείπουσαν, ut Diphilus, Hegesippus, Crobylus (3), quae omnia in vitae quotidianae consuetudine fundamentum habere, vix est quod moneamus.

(1) *Menandr.* Fragm. ed. Grot. p. 230, 116. (2) Vid. hujus disput. pars Juridica. (3) *Schweigh.* ad *Athen.* p. 125 A. Cf. *Alexidis* Γυναικοκρατία apud *Athen.* III, 99. *Poll.* IX, 44.

CAPUT III.

Feminarum festa, earumque in rebus sacris partes.

—— ἐπιτρίβουσι δ' ἡμᾶς οἱ θεοὶ
μάλιστα τοὺς γήμαντας, ἀεὶ γάρ τινα
ἄγειν ἑορτήν ἐστ' ἀνάγκη.

Fragm. Menandr. p. 258, 197.

Fuerunt qui feminarum apud Athenienses a viris reclusionem tantum non similem dicerent esse Orientalium severitati; quos tamen imprimis ubi feminarum respexeris in festis libertatem, imo licentiam, facile erroris arguas. Multa enim solae, imprimis in Cereris atque Bacchi honorem, celebrabant festa (1), quorum praecipua enumerasse sufficiat.

---

(1) Schol. ad *Aristoph.* Lys. 1. — De feminarum aliis quoque Graeciae in locis festorum opportunitate licentia vid. *Limb. Br.* l. l. p. 138.

Prae ceteris autem vel per Aristophanis cognominem fabulam, in censum hic veniunt Thesmophoria, pluribus Graeciae locis in Cereris Thesmophorae honorem celebrata (1). Ad ea agenda in singulis δημοῖς duae quae iis praessent legebantur feminae, quae electio ab ipsis fiebat mulieribus (2), et per plures ante ipsum festum dies noctesque abstinentia se exercebant feminae, imprimis castitati operam navantes, cui rei variae per illud tempus adhibebantur plantae, quae Veneri existimabantur contrariae (3). Primo die, qui ἄνοδος inde dicebatur, solennis Eleusinem habebatur processus, dum sacros libros, θέσμους, capiti impositos gestabant in memoriam melioris a Cerere inductae vitae rationis (4). Medio die, νηστείᾳ dicto, luctus apud feminas per totam urbem: jejunium agitabant in templo deae ad ipsius simulacrum desidentes, justitium per universam civitatem, nec βουλή congregabatur (5). Convitia et joci quibus se invicem petebant, item adhibita in memoriam Iambes, quae deae aliquando moestae risum expresserat (6). Feminae autem in hoc

---

(1) De numero dierum per quos agebantur, utrum tres an vero quinque fuerint, vid. *Wellauer* de Thesmoph. *Creuzer* Symbol. IV, 447 sqq. (2) *Isaeus*, ed. Reisk. p. 208. (3) *Aelian.* Hist. Anim. IX, 26. Schol. *Theocrit.* IV, 25 cet. (4) *Hesych.* v. ἄνοδος. Schol. *Theocr.* IV, 25. (5) *Aristoph.* Thesmoph. 79. Aves 1518. (6) *Cleomedes* Meteor. II, p. 91. *Apollod.* I, 5, 1. et *Heijn.* ad h. l. Qui se invicem convitiandi mos inter feminas in itinere ad

festo propria sibi aedificabant tentoria, in quibus cum contubernali habitabant (1), et praeter jejunium illud de quo vidimus, multa cum hilaritate, choris et ludis illud celebrabant, unde feminarum apud Aristophanem chorus:

Ἄγε νῦν ἡμεῖς παίσωμεν, ἅπερ νόμος ἐνθάδε ταῖσι γυναιξὶν,
ὅταν Ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν, ἅπερ καὶ
Παύσων σέβεται καὶ νηστεύει.

— —

ὅρμα, χώρει
κοῦφα ποσὶν, ἄγ' ἐς κύκλον,
χειρὶ σύναπτε χεῖρα, ῥυθμὸν χορείας
ὕπαγε πᾶσα· βαῖνε καρπαλίμον ποδοῖν.
ἐπισκοπεῖν δὲ, πανταχῇ
κυκλοῦσαν ὄμμα, χρὴ χοροῦ κατάστασιν.
ἅμα δὲ καὶ
γένος Ὀλυμπίων θεῶν
μέλπε, καὶ γέραιρε φωνῇ, πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ (2).

Alii praeterea in iis habebantur ritus, partim symbolici, partim ita obscuri, ut nihil fere certi de iis

---

sacra Eleusinia imprimis obtinuit; quo cum curru veherentur τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν σκώμματα hac de re dicebatur. V. *Suid.* in v. τὰ ἐκ τῶν ἁμ. Schol. *Arist.* Plut. 1041 Cf. *Erasm.*. Adag. *de plaustro loqui*, et quae infra de Steniorum festo sumus dicturi. — Apud Aeginetas item feminarum in usu erant chori, qui convitia in nullum intulerunt marem, verum in indigenas mulieres, teste *Herod.* V, 83.

(1) *Aristoph.* Thesm. 631 ibique Schol. (2) ibid. 954 sqq.

dicere liceat; neque ad nostrum propositum pluribus de his omnibus agere, pertinere videtur (1).

Aliud feminarum festum erant Adonia, in Adonidis celebrata memoriam, in quibus pompa circumferebantur simulacra Veneris et Adonidis, et horti in testis cum varii generis fructibus: per totam urbem passim collocata simulacra mortuorum, quibus mulieres funus ac lessum faciebant (2). Quae satis saevum in modum a feminis peracta videntur, ut magna in iis haberetur licentia, quo referendus locus Aristophanis:

ἆρ' ἐξέλαμψε τῶν γυναικῶν ἡ τρυφὴ
χὠ τυμπανισμὸς, χοἰ πυκνοὶ Σαβάζιοι,
ὅ τ' Ἀδωνιασμὸς οὗτος οὑπὶ τῶν τεγῶν,
οὗ 'γώ ποτ' ὢν ἤκουον ἐν τἠκκλησίᾳ;
ἔλεγεν δ' ὁ μὴ ὥρασι μὲν Δημόστρατος
πλεῖν εἰς Σικελίαν· ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη,
Αἴ, αἶ Ἄδωνιν φησίν. ὁ δὲ Δημόστρατος
ἔλεγεν ὁπλίτας καταλέγειν Ζακυνθίων·
ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ', ἡ γυνὴ 'πὶ τοῦ τέγους,
κόπτεσθ' Ἄδωνιν φησίν· ὁ δ' ἐβιάζετο
ὁ θεοῖσιν ἐχθρὸς καὶ μιαρὸς Χολοζύγης.
τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν ἐστιν ἀκόλαστ' ᾄσματα (3). κ. τ. λ.

---

(1) Cff. praeterea *Meurs.* Graecia fer. in voce. *Creuzer* Symbol. IV, 440 sqq. *Wellauer* de Thesmoph. et auctores ibi laudati. (2) *Hesych*, in v. *Plut.* Nicias 13, Alcib. 18. (3) *Aristoph.* Lysistr. 387 sqq. ibique Intt. Cf. *Theocrit.* Adoniaz. ad eumque *Valcken.*

In Dionysiis quoque feminarum magnae erant partes. Teste Pausania (1), quotannis Atticae Θυίαδες se contulerunt in Parnassum, ut cum Delphicis feminis, hircinis pellibus indutae, Baccho celebrarent ὄργια, quae quanta cum licentia fuerint conjuncta, satis notum (2). In mysteriis cum hoc festo conjunctis, quae quotannis celebrabantur in antiquissimo dei templo ἐν Λίμναις, femina sacerdos, Βασίλισσα dicta, maxima et sanctissima peragebat sacra cum quatuordecim Geraeris, integrae vitae feminis, quae antea puritatis praestabant jusjurandum, quod apud Demosthenem habetur (3). κανηφόροι cum sacris canistris in pompis etiam adhibebantur; λικνοφόρος gestabat λίκνον cum dei simulacro et variis symbolis, cum aliae feminae alia canistra cum rebus divinis ferrent (4).

Quaenam in Panathenaeis virginum fuerint in peplo conficiendo et canistris sacris ferendis officia, capite primo jam vidimus. In sacris pompis cum hoc festo conjunctis, tum puellas, tum matronas quoque invenimus memoratas, cum inquilinorum hac in re ministerium requirerent Athenienses: Ἀθηναῖοι δὲ ὕβρισαν καὶ ἐκείνην τὴν ὕβριν. Εὐτυχίας γὰρ λαβόμενοι, τὴν εὐπραγίαν

---

(1) *Paus.* X, 4, 2. (2) *Hesych.* v. τραγηφόροι. Cf. *Plut.* de mul. virt. 19. (3) *Demosth.* p. 1370 sq. *Harpocrat.* et *Hesych.* v. Γέραιραι. Cf. *Adrian*, die Priesterinnen der Griechen, p. 35 sqq. (4) *Aristoph.* Acharn. 230 sq. ibique Schol., *Proclus* in Tim. *Plat.* p. 124. *Creuzer* Symbol. III, 328 et auctt. ibi laudd.

σωφρόνως οὐκ ἤνεγκαν. Τὰς γοῦν παρθένους τῶν μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ταῖς ἑαυτῶν κόραις, τὰς δὲ γυναῖκας ταῖς γυναιξὶ, τοὺς δὲ ἄνδρας σκαφηφορεῖν (1).

Genetyllidis autem festum privum erat solarum mulierum, pro felici, ut videtur, gravidarum partu. Est enim Genetyllis, teste Hesychio, numen femineum, facto nomine propter nativitates, festo similis. Propterea etiam canes ei proposuerunt. Est autem dea peregrina et festum femineum (2).

Scira item muliebre erat festum, quod ab Aristophane una cum Steniis memoratur (3). Celebrabatur mensis Scirophorionis, qui inde nomen traxit, die duodecimo in Minervae Sciradis honorem. Festum autem ita dicebatur, quod femina sacerdos Minervae cum Neptuni et Solis sacerdotibus in eo umbellam albam quae σκίρον vocabatur, ex arce in locum, σκίρον dictum, transferebant, a quinque Eteobutadis gestatam (4). Dicitur autem hoc symbolum fuisse, jam tempus aedificandi et domos sibi constituendi adesse, quippe festi illis diebus quammaxime ad hanc rem aptis (5).

Ad solas feminas pertinuit etiam Steniorum festum, de quo parum omnino constat, nisi varios jocos atque

---

(1) *Aelian.* V. H. VI, 1 ibique Intt. Cf. *Meurs.* Panath. C. 21. — Uxores inquilinorum praeterea quotannis sex drachmarum μετοίκιον solvere debebant. *Isaeus* apud *Harpocr.* v. μετοίκιον (2) *Hesych.* v. Γενετυλλίς. (3) *Aristoph.* Thesmoph. 834 ibique Schol. (4) Schol. ad *Aristoph.* Eccles. 18. *Harpocr.* v. σκίρον. (5) Schol. *Aristoph.* l. l. Cf. *Meurs.* Graecia fer. v.

sales in eo obtinuisse. Classicus de hoc muliebri festo est locus Photii: Στήνια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ ἐδόκει ἄνοδος γενέσθαι τῆς Δήμητρος· ἐλοιδοροῦντο δὲ ἐν αὐτῇ νυκτὸς αἱ γυναῖκες ἀλλήλαις (1).

In Eumenideis in pompa et aliis ritibus itidem occurrunt feminae, Nulli in iis servi admissi, sed omnia per viros et feminas inculpatae vitae peragebantur: ornatissimi autem e juventute bellaria conficiebant (2).

In Panis etiam honorem feminas orgia celebrasse cum clamore et strepitu, testis est Schol. Aristophanis (3).

Pro parte saltem in Oschophoriis intererant feminae, cibum afferentes juvenum choro, quae Δειπνοφόροι dicebantur (4), quod maxime ad ditiores et nobiliores feminas pertinuisse videtur (5).

Halois, festo in honorem Cereris τῆς Ἀλωάδος, Proserpinae et Bacchi celebrato, cum circa areas et messem versarentur, item intererant feminae (6). Per plures celebrabatur dies, et cum Mysteriis et pervigilio erat conjunctum, quorum feminae quoque erant participes (7).

---

(1) *Photii* Lex. MS. Cf. *Aristoph.* Thesm. 834 ibique Intt. *Hesych.* v. στηνιῶσαι. *Cleomed.* Meteor. II, p. 91. *Suid.* et *Hesych.* v. Στήνια. (2) *Meurs.* Graecia fer. p. 865 et *Philo* ibi cit. (3) ad Lysistr. 2. (4) *Hesych.* v. Δειπνοφόροι, ibique Intt. αἱ etenim legendum videtur, non οἱ. Cf. *Plut.* Thes. 23. αἱ δὲ δειπνοφόροι παραλαμβάνονται. (5) *Alciphr.* I, 4: ὠσχοφόρια καὶ λήναια ταῖς πλουσίαις Ἀθηναίων συνεορτάζουσα. (6) *Suid.* et *Harpocr.* v. Schol. *Lucian.* Dialog. Meretr. VII, 4. (7) Schol. l. l. *Alciphr.* I, 33. II, 3.

Demetria quoque a feminis celebrata videntur, et cum jocis et lusu peracta (1).

Mysteriorum Eleusiniorum item fuisse participes feminas, cum ex plurimis antiquiorum locis et inscriptionibus patet (2), tum ex Lycurgi oratoris lege, qua interdicebatur feminis curru juncto ad mysteria Eleusinem proficisci, ne a divitibus hac in re superarentur. Quod si qua deprehenderetur, ut solveret drachmarum sex millia (3). Ante Lycurgum enim hoc libere facere licuit, et magnus interdum luxus hac in re obtinuit, quod Lycurgo legi ferendae ansam praebuisse videtur (4).

Multae praeterea feminae apud Athenienses erant sacerdotes, imprimis in Cereris, Bacchi et Proserpinae sacris. Hujus sacerdotes Thysiades, Cereris autem Melissae dictae, mysteria Eleusinia quoque celebrabant Hierophantidum et Prophantidum nomine, magnasque in ipsa initiatione gerebant partes et summa auctoritate gaudebant (5). De quatuordecim Bacchi sacerdotibus,

(1) Argumento *Hesych.* v. Μόροττον· ἐκ Φλοιοῦ πλέγμα τι, ᾧ ἔτυπτον ἀλλήλους τοῖς Δημητρίοις, ubi pro ἀλλήλους ἀλλήλας legendum videtur. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* hymn. in Del. vs. 321 et in Add. p. 755. *Meurs.* Graecia fer. v. Δημήτρια (2) Cf. *Meurs.* Eleusin. p. 504. (3) *Plut.* vita X Rhetor. p. 348. *Aelian.* V. H. XIII, 24. (4) *Aristoph.* Plut. 1014 ibique Schol. *Demosth.* p. 565. — Ad oraculum contra accedere nulli licuisse feminae testis est *Plut.* de εἰ apud Delph. 2. (5) Vidd. omnino *Adrian*, l. l. p. 53. sqq. *Dissen* ad *Pind.* Pyth. IV, 60 et auctt. ibi laudd.

γεραιραῖς dictis, jam vidimus: Minervae sacerdotes τραπεζοφόρος et κοσμὼ dictae, omnia Deae administrabant sacra (1), et summo habebantur honore, ita ut Poliadis Minervae feminis sacerdotibus statuae collocarentur, et tempus ad ea sacra pertinens ex earum sacerdotio computaretur (2). De puellarum denique in pompis et rebus sacris partibus Capite primo jam monuimus.

(1) *Lycurg.* apud *Harpocr.* v. Τραπεζοφόρος. (2) *Chandler*, Inscriptt. Antiq. p. 55. *Gruter.* Inscriptt. 105, 9. Cf. de tota hac re *Adrian*, die Priesterinnen der Griechen. Frankf. 1822.

CAPUT IV.

Feminarum mores, virtutes et vitia.

— πᾶς τις τὸ γυναικεῖον φῦλον κακὰ πόλλ᾽ ἀγορεύει,
ὡς πᾶν ἐσμὲν κακὸν ἀνθρώποις, κἀξ ἡμῶν ἐστιν ἅπαντα,
ἔριδες, νείκη, στάσις, ἀργαλέα λύπη, πόλεμος. —

Feminarum Chor. apud Arist. Thesm. 786.

Ex tota Solonis de feminis legislationis ratione, quod antiquissimum et certissimum hac de re est monumentum, si conjecturam de feminarum ipsius aevo moribus facere licet, satis dissoluti atque liberi fuisse videntur. Severae enim ejus de feminis leges, quibus earum exitum prohibuit publicum atque luctui de mortuis et festis modum imposuit (1), proprii in-

(1) *Plut.* Solon. 21.

stituti magistratus, qui earum εὐκοσμίας curam gererent, lex Philippidis, quae feminam inhoneste in publico se gerentem mille puniebat drachmis; severissimae Draconis leges in adulterium, raptum et omne lenocinii genus a Solone servatae, et alia multa, de quibus uberius in parte juridica hujus dissertationis acturi sumus, haec igitur omnia revera in feminarum moribus atque in ipsa adeo historia fundamentum habere videntur. Primum huc facit memorabile imprimis Plutarchi testimonium, ubi de Epimenide narrat, eum praecipue Solonis fuisse amicum, et multis aliis in rebus Soloni leges ferenti insigni fuisse auxilio, tum vero maxime τὸ σκληρὸν ἀφέλοντα καὶ τὸ βαρβαρικόν, ᾧ συνείχοντο πρότερον αἱ πλεῖσται γυναῖκες (1).

In historia praeterea Atheniensium reipublicae haud unicum occurrit exemplum, quod Solonis legibus severis illis faveat, ita ut ne per Epimenidem quidem prorsus ad humanitatem adductae videantur. Sic aliquando cum expeditio contra Aeginam esset suscepta et Athenienses ad unum omnes essent caesi, neque hic superfuit, sed ab Atheniensibus feminis barbarum in modum est interfectus. Cum enim Athenas devenisset, dicit Herodotus, renuntiavit, ut narrant, acceptam calamitatem: quam cum audirent viduae caesorum virorum, durum esse ducentes illum solum ex omnibus

(1) *Plut.* ibid. 12.

salvum esse reversum, circumdantes hominem et pungentes fibulis vestium, singulae ipsum interrogabant, ubinam suus esset maritus. Et hunc quidem ita mortuum esse dicunt. Atheniensibus vero ipsa calamitate feminarum facinus magis horrendum esse visum. Aliud igitur, quo eas punirent non habebant, sed earum vestitum in Ionicum mutaverunt: antea enim gestabant Doricum, Corinthiaco simillimum: igitur mutaverunt illud in linteam tunicam, ne fibulis uterentur. Revera autem, addit pater historiae, antiquitus non Ionicum illud erat vestimentum, sed Cairum, quoniam omne antiquitus Graecarum feminarum vestimentum idem erat, quod nunc Doricum vocamus. Argivi vero atque Aeginetae hanc ob causam eam fecerunt legem, ut fibulae sesqui majores fabricarentur, quam hucusque fuerant, et ut feminae imprimis fibulas diis devoverent. Argivorum autem atque Aeginetarum uxores ad Herodoti usque aetatem, ob contentionem erga Athenienses, majores quam antea gestabant fibulas (1).

Alterum feminarum Atheniensium saevitatis exemplum recentioribus occurrit belli Persici temporibus. Cum enim Lycides in βουλῇ sententiam tulisset, accipienda sibi videri quae proposuisset Mardonius, reliqui autem hoc libertati periculosum putarent, non solum ipse statim, fervente libertatis studio, a viris est lapi-

(1) *Herod.* V, 87, 88. Schol. ad *Eurip.* Hecub. 934.

dibus obrutus, verum etiam Athenienses feminae re cognita, agmine facto ad ipsius se contulerunt aedes, et Lycidae uxorem et liberos eodem interfecerunt mortis genere (1).

---

(1) *Herod.* IX, 5. Cf. *Demosth.* p. 296, ubi res paulo aliter atque apud Herodotum narratur, feminae tamen aeque lapidibus sontis, ut videbatur, uxorem obruerunt. — Digna quae hic afferantur sunt verba *Schlegelii*, qui ita hac de re disserit: » Da die Volksherrschaft der Alten ohne strenge sittliche Erziehung, sogleich in Anarchie und leidenschaftliche Wüth entartete, und da die Frauen an dieser Erziehung, auszer dem Drama, keinen Antheil hatten; so darf uns diese ochlokratische Weibergerechtigkeit nicht sehr befremden. Schon die Gewohnheit zahlreicher und unruhiger Versammlungen bei öffentlichen Frauenfesten konnte sehr leicht weiter um sich greifen und äuszerst gefährlich werden. Man denke nur an die Bakchantinnen, an die geheiligten Ausschweifungen beij Ceresfesten, am Adonisfeste und andern. Dazu kam noch die Attische Heftigkeit! Man kan sich den Ungestum der alten Athener in der früheren derben Vorzeit nicht brennend und hart genug vorstellen. Der erhabne Aeschylus gibt uns davon ein treues Bild, welches durch einzelne Züge im Herodot und Thucydides noch vollständiger wird. Die alte Pelasgische Tiefe und ernste Traurigkeit traf hier zusammen mit der jonischen Beweglichkeit, um eine ganz eigenthümliche Erscheinung von gränzenloser Heftigkeit und leidenschaftlichen Ungestüm hervorzubringen, welche das eigenthümliche Wesen des Athenischen Volkscharakters bildet. Man erinnre sich nur an die weibliche Heftigkeit in den Danaiden, den Choëphoren, den Sieben Helden des Tragikers. Schon Solon muszte ein Gesesz geben, dasz der Schmerz der Frauen beij dem Leichenzuge geliebter

Imprimis autem post bellum Peloponnesiacum feminarum mores quammaxime erant corrupti, unde frequenter, apud Comicos praecipue, exagitantur. In ea adeo Aristophanis fabula, in qua acerbissime in Euripidem invehitur, eumque propter odium in mulieres a feminis condemnari fingit atque puniri, ipsae feminae vehementissime reprehenduntur (1). Nullius non

---

Todten nicht in selbstzerfleischenden Wuth ausarten möchte (*a*).

Eine neue Bestätigung dieser Meijnung gewährt uns Aristophanes. Den Inhalt zweij noch vorhandener Komödien bildet ein Weiberauflauf, der eben so toll als lächerlich ist; der Inhalt einer dritten ist ein öffentliches Weiberfest, wo es auch ziemlich lebendig zugeht. Die Namen einiger verlohrnen Komödien dieses und andrer Dichter lassen ähnlichen Inhalt vermuthen. Wer glauben wollte, Weiberverhandlungen wie die in der Lysistrata, oder ein Weiberstaat, wie der in der Ekklesiazusen, seijen ein buchstäblich treues Gemählde wirklicher Begebenheiten, dessen Urtheilskraft stände zu bezweifeln; aber ohne alle Veranlassung in der Wirklichkeit, waren doch gewisz diese Darstellungen der Komödie nicht, welche ihren Stoff vom öffentlichen Leben entlehnte, und nur nach den Bedürfnissen des Komischen Ideals weiter ausbildete." *Fr. v. Schleg.* Sammtl. Werke, IV, p. 142. Cf. *v. Limb. Br.* l. l. p. 146 sqq.

(1) »Fatendum est, observat *Barnesius*, in Thesmophoriazusis non tam Euripidem adversus quem drama illud institutum putatur, quam totum foemineum genus hunc

---

(*a*) Jenes Gesesz der zwölf Tafeln: Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento; ist nach dem Zeugnisse des Cicero, Solonisch.

vitii generis tum apud Aristophanem, tum apud alios incusantur Comicos: maxime tamen omnium bibacitas apud varios occurrit auctores, tamquam commune totius sexus vitium (1); porro libidines varii, turpissimi adeo generis (2), unde maritos maximopere saepe decipiunt, moechos introducentes et variis modis ludibrio eos habentes (3). Loquacitas, unde Xenarchus apud Athenaeum exclamat:

---

comicum perstingere videri, peculiari sibi cavillandi charactere usum et quasi genio suo obsecundatum. Dum enim Euripidem a mulieribus condemnatum fingit, quod de iis male esset in suis tragoediis locutus, multo plura istius sexus flagitia in unica illa comoedia profert, quam in omnibus suis tragoediis Euripides umquam memoraverit; atque ita Euripidem accusando absolvit, mulieres vero laudando excusandoque maxime denigrat." Vita Eurip. p. 4.
(1) e. g. *Aristoph.* Thesmoph. 637, 740. Eccles. 132, 146. Plut. 645, 737, 973. *Athen.* VI, 26, X, 56, 57, 58, XI, 42, 57, 62, 70, 71, 87. *Anthol.* T. II, p. 22. ep. 59 et p. 32. ep. 86. (2) e. g. *Aristoph.* Eccles. init. Plut. 976 sq. Nub. 1053. Lysitr. 107 et passim per totam fabulam. *Simonides* de Mulieribus apud *Brunck.* Poët. Gnom. p. 94 sq. *Aristaen.* passim. *Xenoph.* Memor. I, 2, 24. Imprimis autem Ionicarum et Lesbiarum famosa erat libido: vidd. *Aristoph.* Eccl. 913. *Suid.* v. λεσβίσαι *Athen.* V, 62. *Lucian.* Dial. Meret. V. (3) *Aristoph.* Ran. 1048. Thesmoph. 470 sqq. 549 sqq. 786 sqq. Pax 945. Eccles. init. et 221 sq. *Lysias*, p. 12 sq. Viri contra porphyrionem avem domi alebant, qui moechos indicaret. *Athen.* IX, 40. — Πολέμων πορφυρίωνά φησι τὸν ὄρνιν, διαιτώμενον κατὰ τὰς οἰκίας τὰς ὑπάνδρους, τῶν γυναικῶν τηρεῖν πικρῶς, καὶ τοιαύτην ἔχειν αἴσθησιν ἐπὶ τῆς μοιχευομένης, ὥσθ', ὅταν τοῦθ' ὑπονοήσῃ,

εἶτ' εἰσὶν οἱ τέττιγες οὐκ εὐδαίμονες,
ὧν ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁτιοῦν φωνῆς ἔνι; (1)

Ornatus porro studium, cui magnam impendebant diei partem, a variis iis objicitur auctoribus, et omnino in tota Atheniensium feminarum ratione fundamentum habere videtur. Primo enim per ipsam jam institutionem, ut vidimus, ad haec informabantur puellae; deinde per σκιατροφίαν pallidae et debiles, variis, quibus hisce mederentur, indigebant fucis atque artibus, ut nil mirandum, saepissime quoque eas hanc ob causam a Comicis exagitari (2). De fastu, maxime ἐπικλήρων,

---

προσημαίνει τῷ δεσπότῃ, ἀγχόνῃ τὸ ζῆν περιγράψας. Οὐ πρότερόν τε, φησὶ, τροφῆς μεταλαμβάνει, εἰ μὴ περιπατήσῃ, τόπον τινὰ ἐξευρὼν ἑαυτῷ ἐπιτήδειον μεθ' ὃν κονισάμενος λούεται, εἶτα τρέφεται. κ. τ. λ. (1) *Athen.* XIII, 7. *Aristoph.* Eccl. 120. *Athen.* IV, 10. *Plaut.* Aulul. II, 1, 4. Cf. *Polyb.* XXXII, 12. (2) Cum ad nostrum propositum non pertineat, separatim de feminarum vestibus, fucis atque ornamentis agere, cumque praeterea, ut ipse Comicus dicit,

— οὐδ' ἂν λέγων
ἀνύσαιμ' — —

sufficiat hic attulisse fragmentum Aristophanis, in quo pleraque haec enumerantur:

Ξύρον, κατόπτρον, ψαλίδα, κηρωτὴν, λίτρον,
προκόμιον, ὀχθοίβους, μίτρας, ἀναδήματα,
ἄγχουσαν, ὄλεθρον τὸν βαθὺν, ψιμύθιον,
μύρον, κίσηριν, στρόφιον, ὀπισθοσφενδόνην,
κάλυμμα, φῦκος, περιδέραι', ὑπογράμματα,
τρυφοκαλάσιριν, ἐλλέβορον, κεκρύφαλον.

et feminarum in festis licentia atque in maritos saepe imperio jam vidimus: ipsas adeo feminas interdum inducit Aristophanes fatentes, se merito ab Euripide et viris universe malas haberi atque contemni, cum revera bonae mulieris nullum hoc aevo reperiatur exemplum (1).

Longe quidem absit, ut his omnibus Comicorum testimoniis verbotenus fidem habeamus, et omnem feminis Atheniensibus denegemus virtutem: multa in his Comicorum petulantiae, omnia in majus adaugere solitae, multa Atheniensium universe de feminis cogitandi rationi, qua viris inferiores et vitiosiores putabantur (2),

---

ζῶσμ', ἀμπέχονον, πόρπημα, παρυφὲς, ξυστίδα,
χιτῶνα, βάραθρον, ἔγκυκλον, κομμώτριον·
τὰ μέγιστα δ' οὐκ εἴρηκα τούτων. — εἶτα τί; —
ἕτερά γ', ὅσ' οὐδεὶς μνημονεύσειέν ποτ' ἄν.
διόπας, διάλιθον, πλάστρα, μαλάκιον, βότρυν,
χλιδῶνα, περόνας, ἀμφιδέας, ὅρμους, πέδας,
σφραγῖδας, ἁλύσεις, δακτυλίους, καταπλάσματα,
πομφόλυγας, ἀποδέσμους, ὀλίσβους, σάρδια,
ὑποδερίδας, ἑλικτῆρας. ἀλλ' οὐδ' ἂν λέγων
ἀνύσαιμ' ——

apud *Clement. Alex.* p. 245, edit. *Pott.* Explicationem harum plerarumque rerum dant *Hesych.*, *Suid.* et *Harpocr.* in vocibus. Cff. praeterea hac de re *Plaut.* Poenul. I, 2, 1 sqq: *Aristoph.* Thesmoph. 257 sq. *Athen.* XII, 78. *Lucian.* Amor. C. 39, 40 et 41. *Pollux.* L. VII, C. 13 et 14. *Alexand. ab Alexandro* L. V, C. 16. (1) Lysistr. 10. Thesmoph. 549 sqq. Fragm. Αἰολοσίκ. XIII, *Brunck.* Cff. varii Comici apud *Athen.* XIII, 7, 8. (2) Vid. nostrum Cap. V.

procul dubio sunt tribuenda. At vero vel sic, Aristophanis saltem aevo, corruptissimos fuisse feminarum mores, eamque corruptelam quae universe illis invaluit temporibus, primum et maxime apud eas obtinuisse, jure nobis defendere videmur (1).

---

(1) » Noch ein besondrer Charakterzug des Euripides darf hier nicht übergangen werden, über den man sehr viel gesagt hat, nur das nicht, warum er eigentlich merkwürdig ist. Euripides ist ein Weiberfeind, und nimmt, wo er kann, Gelegenheit, gegen das weibliche Geschlecht auf die härteste Weise zu deklamiren. Er gab dadurch seinem gewaltigen Feinde, dem groszen Komödiendichter Aristophanes, Gelegenheit zu den bittersten Spötterneijen. Aber beijnahe möchte man sagen, die Werke des Aristophanes enthalten selbst die Rechtfertigung des Euripides. Sehr viele Gründe lassen uns im voraus vermuthen, das allgemeine Verderben des Zeitalters habe sich beij dem weiblichen Geschlechte vorzüglich frühe und heftig geäuszert. Aber dieses Maasz von weiblicher Zügellosigkeit und Sittenverderbnisz, wie es uns Aristophanes darstellt, überrascht uns doch, und übersteigt allen Glauben. Zwar ist die Natur in seinen Darstellungen nach dem Bedürfnisse der Komödie verändert, ins Komische idealisirt, also mit Uebertreibung und Caricatur ins Schlimmere ausgemahlt. Aber dennoch ist die Komödie des Aristophanes in allen Einzelheiten ein Spiegel des öffentlichen Lebens und insofern wie ein Gemählde nach der Natur zu betrachten. Wenn gleich die persönlichen Anspielungen und Nachbildungen darin zur Parodie umgestaltet, und das Ganze, nur als ein Spiel der kühnsten Fantasie angeordnet ist, oder vielmehr scheinbar ungeordnet, überströmt aus der Fülle des dichterischen Wiszes, die Darstellung enthält dennoch unzählige Züge, die aus der Wirklichkeit entlehnt sind, und ist in vielen Stücken ein Denkmahl für die Sittengeschichte

Et omnino, si historiam consulimus, rara muliebris virtutis exempla Athenis occurrunt, rarissimae amabiles feminae, uti Hipparete, Alcibiadis conjux, quae continentissima, εὔτακτος et φίλανδρος dicitur (1); Phocionis uxor, de qua, teste Plutarcho, propter continentiam et morum simplicitatem non minus apud Athenienses sermo erat, quam de ipso Phocione propter viri virtutem (2). Quae omnia tam ex neglecta puellarum institutione, quam ex feminarum a viris eorumque cultu separata vivendi ratione explicanda videntur: quamobrem Aspasia, licet Periclis uxor una in paucis amabilis, minus hoc loco laudari potest.

---

der damahligen Zeit. Volständig durchgeführte weibliche Charaktere fanden in der alten Komödie nicht Statt, und finden sich nicht in ihm, aber die Sitten der Weiber die er aufführt, so manche einzelne Züge, Geist und Farbe des Ganzen geben ein nur zu volständiges Gemählde weiblicher Sittenlosigkeit. Denn wenigstens die einzelnen Züge zu diesem hat der Dichter aus der Wirklichkeit entlehnt, wovon sie auch das unverkennbare Gepräge an sich tragen, wenn auch die komisch erfundenen Begebenheiten selbst, welche jenem Sittengemählde zur dichterischen Einfassung dienen, und denen schwerlich etwas in der Wirklichkeit entsprechen konnte, auf die Rechnung des Dichters kommen, als ein muthwilliges Spiel seiner Fantasie." *Fr. v. Schlegel*, l. l. p. 85. (1) *Andocid.* 118, 42 *Reisk. Plut.* Alcib. 8. (2) *Plut.* Phoc. 18 et 19. *Aelian.* V. H. VII, 9.

CAPUT V.

Ratio ingenuarum feminarum erga viros atque societatem et honor iis habitus.

> Τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκ᾽ ἔχομεν· τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ᾽ ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος· τὰς δὲ γυναῖκας, τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν.
>
> *Demosth.* p. 1386, 19.

Ut recte de feminarum apud Athenienses judicemus existimatione, imprimis civitatum antiquarum ratio est habenda. Uti enim apud antiquos universe, ita Athenis, ad civitatem omnia referebantur: ubi nos hominem, illi respiciebant civem: patriae amor prima apud illos virtus: publicam in luce hominum in patriae utilitatem agere vitam, vel decoram pro ea oppetere mortem, summum boni civis officium. Haec cum gymnastica et musica conjuncta, tria maxima in Grae-

corum vita efficiunt momenta, e quibus totus eorum cultus jam ab antiquissimis inde temporibus liberrime sese explicuit. Quorum omnium cum feminae essent expertes, jam vel hanc ob causam minor iis quam viris, utpote civibus de patria bene meritis, honor haberi debuit: id enim quod prae ceteris pulcrum bonumque esset, secundum eorum opiniones in feminas non cadebat; quamobcausam Plutarchus in libello, quo de mulierum agit virtutibus earumque praestantiam defendere conatur, unice fere talia virtutis enumerat exempla, ubi feminae bene de patria meruerunt, et virile ostenderunt animi robur. In legibus quoque Solonis universe hoc dominatur principium, ut eousque tantum feminarum habeatur ratio, quatenus per viros cum civitate cohaerent et vel legitima parienda prole civitati prosunt, vel contra incontinentia reipublicae virisque nocere possunt. Crebrae et severae inde poenae in adulterium, raptum atque omnem quae ad viros vel civitatem pertinebat ἀκοσμίαν; magna patrum in filias, fratrum in sorores potestas, ut adeo inhoneste se gerentes vendere possent cet. de quibus omnibus in altera hujus opusculi parte pluribus videbimus. Feminae per liberos demum cum maritis et reliqua civitate cohaerere existimabantur, ut vel ex solenni loquendi Graecorum usu, παῖδές τε καὶ γυναῖκες patet (1);

(1) Raro tantum γυναῖκες καὶ παῖδες vel τέκνα occurrit. Vid. exempla apud *Wachsmuth*, Hellen. Alterth. II, 1,

et universe naturae et sanguinis vinculum illo, quod inter maritum atque uxorem vel amatorem et amatam intercedit puellam, arctius atque sanctius apud Athenienses habitum fuisse videtur. Sic, ubi memoratur tristissima eorum sors, qui carissima amiserunt vel amissuri sunt capita, enumerantur quidem liberi, parentes, cognati, quos in paupertate et tristitia relinquunt, non vero uxores (1); et in oratione funebri quam Pericles in eos habuit, qui in bello ciciderant

---

171: apud *Suidam* item πρό τε παιδ. καὶ πρὸ γυν. tamquam solennis occurrit formula: in v. Cf. V. Cl. *v. Limb. Br.* l. l. p. 196: » La femme en Grècc (et voilà la différence essentielle entre elle et la femme moderne), la femme en Grèce ne faisoit point partie de la société. Quelque grande que fût la liberté que lui accordoit son mari, quelque grande que fût celle qu' elle savoit se procurer elle-même, le cercle de sa société ne s'étendoit guère au delà de son intérieur, et ne se composoit que des parents qui venoient la voir et de quelques amies qu' elle pouvoit aller voir elle-même; et, quoique les fêtes religieuses, les pompes et autres solennités publiques lui offrissent de fréquentes occasions de se montrer en public, cependant jamais elle n' étoit admise à accompagner son mari au spectacle, aux soupers, à ces réunions enfin qui chez nous empruntent presque tout leur charme de la présence des femmes et de la liberté de s' entretenir avec elles. Nos bals, nos concerts, nos casino étoient absolument inconnus en Grèce. Le beau sexe étoit exclu de tous les amusemens des hommes. Les hommes (nous parlons du sexe en général) les hommes n' étoient jamais admis à se former le coeur et l' esprit par la conversation avec des femmes honnêtes et bien élevées." (1) *Lysias* p. 133, 42. *Plato* in fine Critonis.

Peloponnesiaco, omnium ultimo loco et obiter tantum feminas, quas viduas reliquerant, consolatur: *εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει ἅπαν σημανῶ. τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι ὑμῖν μεγάλη ἡ δόξα, καὶ ἧς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ* (1).

Egregie idem ex Tragicis patet poëtis, qui hoc loco eo magis in censum veniunt, quo magis totum veluti repraesentant populum, et ex multitudinis opinione in affectu certe movendo, personas agentes atque dicentes in scenam producere debebant. Jam vero cum apud hos amorem erga parentes et fratres eo, qui inter conjuges et amantes intercedit, longe videamus majorem atque multo magis celebratum, non potest non apud ipsum quoque populum haec imprimis valuisse de amore cogitandi ratio. Maxime omnium hoc ex toto Antigones Sophocleae patet argumento, quod omne circa fraternum versatur amorem. Antigone vero, quamquam Haemoni, Creontis filio, sit desponsa, ita fraterno plena est amore, ut in toto facinore perpetrando ne mentionem quidem Haemonis faciat, sed omnia fratri postponat:

οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἄν, εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,
οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον.
τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;

(1) Pericles apud *Thucyd.* II, 45.

πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον·
μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν,
οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅςτις ἂν βλάστοι ποτέ (1).

Nec ipse Haemon, secundum nostras saltem de amore opiniones, magnopere sponsam defendit: in patris injustitiam, qua dignissimam totius sexus est interfecturus, vehementer quidem invehitur: cum vero pater non vult cedere, nec filius amplius puellam servare conatur, sed ipse potius super Antigonae cadaver mortem sibi consciscit. Ex quo rursus quantopere erga patrem pietas amorem in sponsam superet, manifesto apparet.

In Oedipo Coloneo denuo filiarum erga patrem pietas eximium in modum celebratur, et Antigone ubi patrem pro carissimo precatur fratre, ut in conspectum suum venire eum sinat, suavissime depingitur (1). In Electra mutuus fratris et sororis amor magnam fabulae conciliat dulcedinem, et in plerisque omnino tragoediis hic, cum liberorum erga parentes, tum fratrum in sorores amor, vel totum fabulae efficit argumentum, vel magnam certe ejus partem, et magnopere semper celebratur. Mutuus vero conjugum vel amantium amor, cui saepe opportunitas dabatur, fere nullum in Tragicorum fabulis efficit momentum, nec admodum Graecorum animos advertisse videtur. Imo

(1) *Sophocl.* Antig. 905 sqq. (2) id. Oedip. Colon. 1181 sqq.

saepius, ubi egregie feminarum erga maritos exhibetur amor, uti in Euripidis Alcestide, mariti tamen a sua parte non magnopere ei respondent, ut in Sophoclis e. g. Ajace, ubi Tecmessa amantissime Ajacem alloquitur, ille vero frigidissime respondet:

καὶ κάρτ' ἐπαίνου τεύξεται πρὸς γοῦν ἐμοῦ,
ἐὰν μόνον τὸ ταχθὲν εὖ τολμᾷ τελεῖν (1).

et rursus in eadem fabula, ubi pauca ipsum rogat,

ὁ δ' εἶπε πρός με βαί', ἀεὶ δ' ὑμνούμενα·
γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει (2).

Filium tantum poscit, quem blandissimis verbis et vero paterno excipit amore (3). In quibus omnibus poëta Atheniensium et universe Graecorum rationem verissime expressisse videtur (4).

Alia, quare minoris facerent feminas, causa fuit, quod non matri adeo quam quidem patri maxime vitam deberi, haud paucorum fuisse videtur opinio, quae, teste Aristotele, jam Anaxagorae aliorumque physiologorum propria fuit (5): ex cujus disciplina profectus Euripides constanter quoque patrem τὸν φύσαν-

(1) *Soph.* Ajax. 527. (2) ibid. 284. (3) ibid. 530 sqq. (4) Cff. hanc in causam poenae, quas Plato statuit si quis uxorem interfecerit, cum iis quae in parentum caedem sunt constitutae cet. de Legg. p. 868 D. sq. et 877 C, ubi in eum, qui consulto patrem, fratrem vel sororem vulnere illato interfecerit, mortis poena statuitur; in eum vero qui uxorem occiderit, ἀειφυγία tantum. (5) *Aristot.* de Animal. generat. IV, inde ab initio.

τα, τὸν φυτεύσαντα, τὸν φυτοῦργον, τὸν ἀροτῆρα, τὸν τοῦ γένους ἀρχηγέτην dicit: huic ut originis auctori omnia liberos debere statuit, matri vero τῇ τροφᾶς ὑποστάσῃ nil adeo praeter nutrimenta, quam instar humi, semen recipientis, considerabat. Quam sententiam manifestis verbis enuntiat Orestes notissimo loco:

πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς,
τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα (1).

Et in fragmento incerti dramatis, ita quoque filius matrem alloquitur, ut multo plus se patri debere significet:

στέργω μὲν τὸν φύσαντα τῶν πάντων βροτῶν
μάλισθ', ὁρίζω τοῦτο, καὶ σὺ μὴ φθόνει·
κείνου γὰρ ἐξέβλαστον· οὐδ' ἂν εἷς ἀνὴρ
γυναικὸς αὐδήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός (2).

Aeschylus in Eumenidibus eodem utitur argumento, ut Orestes parricidii reus absolvatur. Minerva enim, litis arbitra, ut eum excuset, inter alia haec item affert:

οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένη τέκνου
τοκεύς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου·
τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη
ἔσωσεν ἔρνος, οἷσι μὴ βλάψῃ θεός. —

et suum mox affert exemplum, quo recte omnino sine matre liberos posse procreari probet (3).

---

(1) *Eurip.* Orest. 551. (2) ed. *Barnes.* II, p. 484. fragm. 58. *Valcken.* Diatribe p. 29 et ad Phoeniss. vs. 34. (3) *Aeschyl.* Eumen. 648 sq. Cff. 615 sqq. *Lucian.* Amor.

Accedebat hisce omnibus juvenum amor, qui in Graecorum vita publica et acerrimo pulcri venustique sensu fundatus (1), atque cum traditionibus antiquissimis de summis heroibus arctissime conjunctus, quorum semper par nobis occurrit, Theseus atque Pirithous; Achilles atque Patroclus, Orestes atque Pylades, non potest non in opinionibus de feminarum dignitate, et imprimis in amore erga eas magnam itidem vim habuisse. Summa enim quaeque cum illo amore habebantur conjuncta, ut vel ex antiquorum horum heroum patet exemplis: ipsae adeo Athenae a tyrannis liberatae, Harmodii atque Aristogitonis mutui documentum erant amoris, atque illius efficacitatis in generosissima quaeque perpetranda monumentum perpetuum. Jovis adeo exemplo auctoritas ei conciliabatur (2) ex quo quantopere vulgari praestet erga feminas amori Paederastia vel ideo patet, quod pueros quos amabat Jupiter, in coelum advexit et immorta-

---

p. 888, ubi dicitur natura τοῖς μὲν ἄῤῥεσιν ἰδίας καταβολὰς σπερμάτων dedisse, τὸ θῆλυ δ' ὥςπερ γονῆς τι δοχεῖον fecisse. *Aristot.* de anim. gener. II, I. et IV, 1. Nec igitur adsentior *Brunckio* ad *Aristoph.* Nub. 1445 annotanti, hoc loco denuo a Comico Euripidem propter hoc carpi placitum, ac si pater magis quam mater esset colendus: apertius enim et acerbius in Euripidem invehi solet; nec praeterea, uti vidimus, Euripidi unice, sed et aliis, Aeschylo adeo, Aristophani ceteroquin pie colendo, propria haec erat opinio.

(1) Vid. omnino *Xenoph.* Sympos IV. (2) *Plato* de Legg. p. 636. C.

litatis reddidit participes, feminas vero in terris mori sinebat. (1) In legibus quoque Solonis, quae egregii saepe ad mores Atheniensium recte interpretandos sunt commentarii, paederastia liberis demum permittebatur hominibus, servis vero feminarum tantum, utpote ignobilior, relinquebatur amor (2). Omnium virtutum mater a Solone dicebatur, et revera in republica antiqua, ut Atheniensium, paederastia illo, quo Solon, Socrates aliique praestantissimi quique eam intellexerunt sensu (3), non potuit non optima quaeque cum

---

(1) *Xenoph.* Symp. VIII, 29 ibique Intt. (2) *Plut.* Sol. 1: δοῦλον μὴ ξηραλοιφεῖν μηδὲ παιδεραστεῖν. *Aeschin.* p. 147. (3) Tum Solonis hac de re leges, tum philosophia Socraticorum tamquam conatus sunt dijudicanda, quo immani vitio, in intima Graecorum ratione penitus fundato, mederentur. Ad meum argumentum non pertinuit de vulgi hac in causa Athenis dementia agere, et quia satis notum totum est negotium (Cf. V. Cl. *v. Limb. Br.* l. l. p. 234 sqq.), et quod longius a proposito abduceret totam rem paulo accuratius explicare. Ea tantum breviter exhibui, quibus et continentioribus et sapientioribus prae feminarum amore sese commendare potuit Paederastia: quamvis ne de his quidem affirmare dubitamus, quae dicit *Limb. Br.* p. 263: »Je crois qu' on ne m' accusera pas de juger les Grecs trop sévèrement, si j' avoue être persuadé que leurs hommes les plus illustres par leur sagesse, les plus renommés par leur continence, lors même qu' ils s' abstenoient de toute action vraiment honteuse, éprouvoient cependant, dans le commerce avec leurs jeunes amis, ce mélange de sensualité qui en devoit être aussi inséparable que, chez nous, de l' attachement le plus irréprochable pour une jeune et belle femme.”

universe in tota civitate, tum in singulis efficere hominibus. Primum enim ex tota civitatum antiquarum ratione vinculum inter singulos cives requiritur arctissimum, si magni quid in civitate sit gerendum, idque ipsum libertatis amorem quammaxime alit atque corroborat; quare tyranni, experientia edocti, semper summo odio tales civium habuere conjunctiones, utpote suo imperio periculosissimas, non minus quam philosophiam atque gymnasticae studium (1). In bellandi porro antiquorum ratione, qua multo magis quam nostro aevo a se invicem separati et soli per se fere pugnabant, quantae utilitatis fuerit, si mutuo tali se complecterentur amore, vel ex Platonis intelligitur in Symposio notissimo loco, quo amantium exercitum prorsus invictum futurum contenditur (2). Quod quantopere intima hujus amoris nitatur natura, per cohortis sacrae apud Thebanos facile probatur exemplum. Ipso jam heroico aevo semper insignia facinora a tali heroum pari peracta videmus, imo Lycurgi legislatione, qua omnia, uti novimus, ad civitatem et civium referebantur fortitudinem, Paederastia tamquam efficacissima ad virtutem alendam maximopere commendabatur juvenibus. Ipsis, de quibus agimus temporibus, Alcibiadi vita a Socrate servaba-

(1) *Plato* Sympos. 182 A. *Athen.* XIII, 78. (2) *Plato*, eod. 178 C. 179 A. Cf. *Xenoph.* Sympos. VIII, 32.

tur, et Epaminondas juxta Asopichum cecidit, fortissime et patriae et amasio propugnans (1).

In juventute denique instituenda ex antiquorum ratione summi momenti esse debuit idem juvenum amor (2). Nihil enim illo habebatur efficacius ad efficiendum, ut Platonis verbis utar, *τὴν ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν*, pudorem in rebus turpibus et in honestis aemulationem (3); quibus quot et quanta, ex antiquorum praesertim educatione, effici deberent, rursus e Lycurgi hac de re legibus optime intelligitur (4). Imprimis autem ubi adolescentes in foro versari et se viris magis applicare coeperunt, ut reipublicae administrationem et practicam ab iis edocerentur vitam, magnopére talis profuit conjunctio, uti egregie ex Alcibiadis et Socratis intelligitur exemplo, imprimis e Plutarchi vita et fine Symposii Platonici, apud quos pugnam inter adolescentis *ἀκολασίαν* et Socraticam Philosophiam elegantissime et verissime descriptam legimus.

Haec igitur cum universe hujus amoris esset ratio, cumque tam arcto vinculo cum intima Atheniensium cohaereret vita, non mirum profecto, summos eorum

(1) *Theopomp.* apud *Athen.* XIII, 83. Cf. *Plut.* Amat. p. 51 *Reisk.* (2) *Plato* Sympos. p. 178: *οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν, ὅ,τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν εὐθὺς νέῳ ὄντι, ἢ ἐραστὴς χρηστός.* (3) Cf. *Xenoph.* de Venat. XII, 20. (4) *Plato* Sympos. 181 B. C. 192 A. B. Cf. *Lucian.* Amor. 33 sq.

Philosophos maximopere eum collaudasse et a pluribus amori erga feminas longe longeque praeferri. Notior, quam quae hoc loco afferatur, Platonis de paederastia sententia, qua Venerem Uraniam tantum inter mares obtinere defenditur, vulgarem vero eam esse, quae feminas vel corpus unice spectat (1). Omne bonum, omne pulcrum ex eo demum amore esse ducendum, eumque unice verum esse amorem habendum, pluribus apud Platonem in Phaedro et Symposio, apud Xenophontem in Symposio, apud Plutarchum in Amatorio, Lucianum in Amoribus cet. disputatur: quae omnia enucleatius hic tractare longius a proposito abduceret, cum praeterea ab aliis jam ita sit factum, ut mea tenuitas nihil iis addere posset (2). Ex dictis autem, ni fallor, satis intelligetur, Paederastiam etiam inter causas esse referendam, quare feminis minorem tribuerint honorem Athenienses; imprimis ubi observaverimus, eam turpiori sensu apud vulgus horrendum in modum invaluisse (3).

Haec jam omnia si reputemus, si praeterea memine-

---

(1) *Aelian.* V. H. III, 10, 12 ibique Intt. *Plut.* Lyc. 17, 18. *Xenoph.* de Rep. Lacedaem. II. (2) Cff. hac de re omnino Cel. *Heusdius*, Init. Phil. Plat. V. I, p. 96 sqq. *v. Ramdohr*, Venus Urania III, 1, p. 132 sqq. *v. Limb. Br.* l. l. p. 224 sqq. Encycl. von *Ersch* u. *Gruber*, v. *Päderastie* et auctores varii ibi citati. (3) Vidd. exempla apud V. Cl. *v. Limb. Br.* l. l. p. 236 sq.

rimus, universe in antiquo terrarum orbe nullibi feminas suo revera loco esse habitas, quod demum apud Germanicas obtinuit gentes, favente etiam religione Christiana, facili negotio intelligemus, nec Graecos universe, nec Athenienses, de quibus hoc loco agimus, magnopere feminas coluisse, nec eum iis habuisse honorem, qui ex nostris opinionibus revera illis deberi videtur. Universe inferioris cujusdam esse naturae habebantur, quae, uti corpore, sic animo essent debiliores et ad omnia mala magis quam ipsi viri proclives: quae opinio apud Athenienses eo magis excusari potest, quo magis et per neglectam puellarum institutionem, et per feminarum apud eos mores, in rei natura fundamentum habere videbatur. Summorum quoque et Philosophorum et Politicorum sententiae hisce de feminarum natura favebant opinionibus. Ita Plato, quamvis in libris de Republica et de Legibus, uti notum, Spartanorum atque Cretensium exemplo, ejusdem cum viris institutionis eas facit participes, et ad eadem fere vocat in civitate munera, viris tamen ipsa indole inferiores saepe eas declarat. Sic ubi queritur de publicis earum conviviis immerito a legislatore neglectis, maximopere dicit civitatis interesse, ut rite earum geratur cura: οὐ γὰρ ἥμισυ μόνον ἐστὶν, ὡς δόξειεν ἂν, τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἀκοσμήτως περιορώμενον· ὅσῳ δὲ ἡ θήλεια φύσις ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν χείρων τῆς τῶν ἀῤῥένων, τοσούτῳ διαφέρει

πρὸς τὸ πλέον ἢ διπλάσιον εἶναι (1). In Timaeo item, ubi de animorum agit immortalitate, si quis in hac vita male vixerit, ejus animum in altera generatione primum in muliebrem naturam, deinde in varia abire dicit animalia (2).

Aristoteles item, quamvis ceteroquin in nuptiarum sanctitate et reliqua mariti erga uxorem ratione magis, quam Plato, naturam sit secutus, et majorem integrae muliebri naturae tribuat dignitatem, pluribus tamen locis deteriorem earum esse indolem declarat (3).

Xenophon tamen, vel apud eum Socrates, saepius muliebrem naturam per se virili nil esse deteriorem affirmat, sed robore tantum et exercitatione indigere:

(1) *Plato* de Legg. 781 A. sq. Cf. 917 A. (2) Timaeo, 42 B. (3) *Aristot.* Polit. I, 5, 13. Magn. Moral. I, 33, ibid. fin. Poët. 15. de Anim. generat. II, init. Hist. Animal. IX, 1, ubi de discrimine inter mares et femellas in variis animalibus agit, haec de hominum genere addit: » aliis generibus feminae molliores et maleficentiores et minus simplices et procaciores et liberis alendis attentiores, contra mares animosiores, ferociores, simpliciores et minus insidiosi; atque horum quidem vestigia cum paene in omnibus sint, tum apertius conspiciuntur in iis, quae sunt moratiora, maxime vero in homine. Ipse enim naturam habet perfectam, quare habitus in eo sunt manifestiores, quippe mulier quam vir facilius movetur misericordia et ad lacrymas est promptior. Invidia quoque plus laborat, ac frequentius defraudatam sese conqueritur: conviciosior etiam et exprobrantior. Est etiam animo demissiore femina quam mas et desperantiore; impudentior quoque et mendacior: facilius dolo capitur et memorosior."

»et aliunde, inquit, patet, et ex iis quae puella agit, muliebrem naturam nihil virili esse inferiorem, sed consilio tantum et robore illa indiget, ita ut si quis vestrum uxorem habeat, fidenter eam edoceat, ad quaecunque cupiat ea edocta uti" (1). Idem principium in ipsius Oeconomico dominatur, in quo verissime maris atque feminae officia e diversa utriusque derivantur natura, cum ipsa uxor amabilis prorsus occurrat, atque optimo cum utilitatis fructu a marito varia sua edoceatur munera (2).

Quamvis vero ob varias, quas explicare sum conatus causas, debitum feminis non tribuerint honorem Athenienses, ab altera tamen parte non iccirco, ut multi contenderunt, in eas despiciebant plane et contemtui illas habebant, ita ut universa natio μισογύνης sit dicenda. Multum, ut in hanc abirent sententiam, valuerunt varia apud varios auctores Graecos, imprimis Comicos atque Euripidem dicta, plerumque extra omnem contextam orationem in suam detorta sententiam. Quae si rite, ut par est, interpretemur ex ipsarum personarum sententia, et ea, qua apud Comicos vel alios dicuntur opportunitate, nil profecto talia dicta totius populi vel ipsius adeo auctoris erga feminas probant contemtum. Imprimis hic citari solet Euripides, notis-

(1) *Xenoph.* Sympos. 2, 9 sq. — De Rep. Laced. vero III, 5 virilis sexus καὶ εἰς τὸ σωφρονεῖν muliebri natura dicitur fortior. (2) *Xenoph.* Oecon. VII-X. Cf. Caput nostrum II, § 1.

simus feminarum osor, ita ut per totam jam antiquitatem hoc nomine sit vocatus, qui plura omnino probra in muliebre intulit genus, et nulla non ei exprobravit vitia. At vero si reputemus, qua opportunitate talia ab Iasone, Hippolyto, Polymestore maxime dicantur; si respexerimus praeterea praestantissimas in omni vitae genere tum feminas tum puellas ab Euripide pulcerrime exhibitas, Alcestidem, Iphigeniam, Antigonen, Andromachen, Hecubam, Iocasten; maximas haud raro laudes in totum muliebre genus collatas, invidioso, ni fallor, hoc nomine excusatus abibit Euripides (1).

Aliorum praeterea locorum perversa explicatione, Graecorum in feminas contemtum probare voluerunt nonnulli. Sic e Thucydidis loco supra jam laudato (2): *εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει ἅπαν σημανῶ. τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι, ὑμῖν μεγάλη ἡ δόξα, καὶ ἧς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ*; ex hoc igitur loco plane feminas *ἀναριθμίους* apud Athenienses fuisse, manifesto patere. Quid vero Schillerus, quem nemo certe feminarum dixerit osorem,

(1) Vidd. hac de re Cl. *v. Limb. Br.*, Zedel. Schoonh. v. Eurip. p. 218 sq. Doct. *Costerus*, Diatribe in Eurip. Philos. locum, qui est de Amore, p. 88 sqq. *v. Ramdohr*, Venus Uran; III, 1, p. 72 sqq. *Lenz.* in N. Bibl. der Sch. W. 58 Th. 2 st. p. 195 sqq. (2) *Thucyd.* II, 45. Cff. *Synesius* de Provident. p. 105, qui ex oriente et Osiride haec originem ducere perhibet; et *Jacobs* Verm. Schrifte IV, 291.

qui ipse muliebrem dignitatem et recte perspexit et vero elegantissimo celebravit carmine, nonne idem eandem prorsus protulit sententiam?

»Woran erkenn ich den besten Staat?" woran du die beste

Frau kennst! daran, mein Freund, dass man von Beiden nicht spricht.(1)

Ita Meinersius locum Xenophonteum mox citatum, sic explicuit, ac si miserrima et ad Orientalium proxime accedens rationem feminarum fuisset conditio; qui tamen locus, si ex toto Xenophontis consilio et sana explicetur ratione, minime feminarum docet contemtum, sed, uti apud Athenienses universe obtinuisse mox pluribus videbimus, earum virtutem atque praestantiam ad domesticam unice constringit vitam (2).

Afferuntur item varia proverbia atque sententiae, e quibus feminarum contemtus pateat (3): at vero apud nullos non populos similes inveniuntur sententiae, quarum vel ex uno Ioanne Paulio ingens numerus facile colligi posset, minime tamen eae totius populi declarantes opiniones (4). Facili quidem negotio apud Grae-

(1) Cf. *Plut.* Apophthegm. lacon. Ἀριγεὺς I, et Εὐβοΐδας.
(2) *Xenoph.* Oecon. VII-X. *Meiners* Gesch. des weibl. Geschl. I, 322 sqq. *v. Ramdohr.* Venus Ur. III, 1, 105 sqq.
(3) Vid. e. g. *Tiraquello* in Leg. decem. Connub. XII, *Suid.* v. μηδέποτε δουλευσ. γύνη et μὴ πόλλακις πρὸς τὸν αὐτόν. Schol. *Aristoph.* Lysistr. 1038 cet.
(4) e. g. *Virgilii: varium et mutabile semper femina.* *Shakspearii: o undistinguish'd space of woman's will!* et illud: *Frailty, thy name is woman!*

cos, cum per varias quas adumbrare sum conatus causas, tum per corruptos item feminarum mores et minorem earum cultum, plures quam apud alios populos exstitisse feminarum atque nuptiarum osores concedimus. At vero si operae pretium videretur, et talia iis opponi possent, quibus feminarum contineantur laudes, nuptiarum celebretur felicitas, nobilissimaeque feminae tum a Tragicis imprimis, tum ab Historicis interdum et Philosophis dignissime exhibeantur (1); quae omnia frustra vel apud Orientales, vel apud populum, qui totus ex mulierum constaret osoribus, quaererentur. Qua tamen re hoc loco ideo supersedere possumus, quia talia singulorum principia et sententiae non magnopere ipsam feminarum prouti revera fuit, declarant conditionem; cum ne totius adeo antiqui et recentioris aevi, si ipsos spectamus, qui reapse obtinent mores, tantum sit hac in causa discrimen, quantum e variis facile consequeretur utriusque principiis (2).

Molierii:

> *Malheureux qui se fie à femme après cela!*
> *La meilleure est toujours en malice féconde;*
> *C'est un sexe engendré pour damner tout le monde.*
> *Je renonce à jamais à ce sexe trompeur,*
> *Et je le donne tout au diable de bon coeur.*

in fine *de l' Ecole des Maris.* Quae praeterea, ut sexcenta alia, non minus quam Euripidea illa, ex contexta oratione sunt explicanda. (1) Cff. imprimis *Stobaeus*, Serm. 65, 67, 68 et 83. *Xenoph.* Cyrop. VI, 4. VII, 1 sqq. v. *Ramdohr.* Ven. Ur. III, 1, p. 61 sqq. *Fr. von Schlegel*, Sämmtl. Werke, IV, 66 sqq. (2) Vid. hac de re

Quod si jam, quis tandem honor feminis Athenis sit habitus, quamnam viri in iis agnoverint dignitatem quaerimus: paucis totum negotium absolvi posse videtur. Non cognoverunt Athenienses feminae per se spectatae dignitatem: ignorabant verum erga eas amorem (1), qui in amasiis tantum, praecipue e Socraticorum obtinebat ratione. Sed matremfamilias, sed domi fidam custodem in uxore agnoverunt; hanc minore quidem quam par erat, at honore tamen prosequebantur, quo sensu Demosthenes loquitur de τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν ἀξιώματι, ὃ εἰς τὰς ἑταίρας ἥξει (2). Nec ipsi Athenienses plura in femina requisiverunt, aut aliter ejus definiverunt virtutem. Ita Plato muliebrem virtutem non difficilem esse ad definiendam dicit: debere nempe ipsam rite habitare domum, servantem ea quae sunt intus et obedientem marito (3): et Demosthenes, cujus verba huic praeposuimus capiti:

---

omnino *Jacobs*, verm. Schr. IV, 229 sqq. 255 sqq. et varii ibi laudati auctores. (1) Cf. *Montesquieu*, Esprit des Loix VII, 9: » Dans les villes grecques où un vice aveugle regnoit d'une manière effrénée, où l' amour n' avait qu'une forme que l'on n'ose dire, tandis que la seule amitié s'étoit rétirée dans le mariage" etc. (2) *Demosth.* 1384, 25. Cf. *Plut.* Sol. 12: μόνοι ἀφείθησαν οἱ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἱκετεύσαντες. id. Demosth. 25. fin. in quibus nostrae adeo rationis vestigia apparent. (3) *Plato* Meno p. 71 E. Cf. *Wieland*, Attisch. Museum, II, 131: » Eingezogenheit, Stillschweigen und Resignation in dem Willen des Mannes scheinen die vorzüglichsten Tugenden einer Matrone gewesen zu seijn" et Not. ad h. l. p. 163.

τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκ' ἔχομεν· τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος· τὰς δὲ γυναῖκας, τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν (1).

Haec opinio jam ab Homericis inde temporibus per totam Graecorum, Atheniensium imprimis, dominatur historiam, et, prouti explicare sum conatus, tota eorum vivendi cogitandique nitebatur ratione; ita ut hac quoque in causa, sicut multis in aliis, uti recte Cel. Heerenius observat, Graeci medium tenuerint Orientales inter atque recentioris Europae populos (2).

---

(1) *Demosth.* 1386, 19. (2) *Heeren.* Ideën III, 1, 136.

CAPUT VI.

Hetaerae.

— χαλεπὸν, Πάμφιλε,
ἐλευθέρῃ γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχη.
Menandr. Fragm. ed. Grot. p. 266. 231.

§ 1.

Earum vitae genus et mores.

In Hetaerarum ratione rite dijudicanda, id imprimis tenendum, quod a multis, qui de iis egerunt, plane est neglectum, Hetaeras fere numquam ingenuas feminas, sed plerumque vel servas vel libertinas fuisse, quarum vel hanc ob causam plane ab ingenuis matronis diversa esse debuit conditio. Civitas enim et jura civitatis minus ad eas pertinebant: festorum, quae tantam in Graecorum vita, feminarum quoque, uti vidi-

mus, efficiebant partem, erant expertes (1), et omnino ad rem servilem antiquorum fere pertinebant. Jam Solon dicitur, humanae hac in re ignoscens imbecillitati, tales Hetaeras primum publica instituisse auctoritate et ex earum quaestu templum Veneri Πανδήμῳ aedificasse (2), unde Philemon:

Σὺ δ' εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους, Σόλων,
σὲ γὰρ λέγουσιν τοῦτ' ἰδεῖν πρῶτον [βροτῶν,]
δημοτικὸν, ὦ Ζεῦ, πρᾶγμα καὶ σωτήριον·
(καί μοι λέγειν τοῦτ' ἐστὶν ἁρμοστὸν, Σόλων·)
μεστὴν ὁρῶντα τὴν πόλιν νεωτέρων,
τούτους τ' ἔχοντας τὴν ἀναγκαίαν φύσιν,
ἁμαρτάνοντας τ' εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν,
στῆσαι, πριάμενόν τοι, γυναῖκας κατὰ τόπους,

(1) Tamquam exceptio a regula memoratur, Corinthi eas festis in honorem Veneris interfuisse. Νόμιμόν ἐστιν ἀρχαῖον ἐν Κορίνθῳ, ὡς καὶ Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ ἐν τῷ Πινδάρου, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας, καὶ ταύτας προσεύχεσθαι τῇ θεῷ, καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι. Καὶ ὅτε δὴ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατείαν ἦγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ, καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἑβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι εὔξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας, εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦσαι νεών, κ. τ. λ. *Athen.* XIII, 32, ibique Intt. Cf. *Dissen* ad *Pindar.* p. 640, et auctt. ibi laudd. — At vel sic ingenuae et hic separata habuere Ἀφροδίσια· *Alexis* apud *Athen.* XIII, 33:

Ἀφροδίσι' ἦγε ταῖς ἑταίραις ἡ πόλις,
ἕτερα δὲ χωρίς ἐστι ταῖς ἐλευθέραις.

(2) *Harpocrat.* v. Πάνδημος. *Nicander* apud *Athen.* XIII, 25.

κοινὰς ἅπασι καὶ κατεσκευασμένας.
Ἑστᾶσι γυμναί· μὴ 'ξαπατηθῇς· πάνθ' ὅρα.
οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων;-ἔχεις
[ἑστυκότως] πῶς; ἡ θύρα 'στ' ἀνεῳγμένη.
εἷς ὀβολός· εἰσπήδησον· οὐκ ἔστ' οὐδὲ εἷς
ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος, οὐδ' ὑφήρπασεν·
ἀλλ' εὐθὺς ὡς βούλει σὺ, χὃν βούλει τρόπον.
Ἐξῆλθες; οἰμώζειν λέγ', ἀλλοτρία 'στί σοι (1).

Praeter servas vero inter Hetaeras eae referendae ingenuae, quae vel propter parentum avaritiam vel propriam libidinem hoc sibi elegerunt vitae genus, juribus adeo renuntiantes civicis, et alio saepe nomine adoptato, novam prorsus vitam auspicantes (2). Hae autem magna ex parte erant peregrinae: imprimis ora Asiae minoris, in qua tum per coeli aërisque temperiem, tum civitatis constitutionem ipsae ingenuae liberius vivebant (3), variisque indulgebant libidinibus, ut vel de Lesbicis feminis notissimum; haec igitur ora maxime Hetaerarum erat patria, quae inde Corinthum et Athenas praecipue se contulerunt, tamquam amplissimum theatrum, in quo optime suas explicarent facultates et maximum sibi compararent lucrum. Inter

---

(1) *Philemon* apud *Athen.* XIII, 25. Secutus sum vulgatam in edit. *Schweigh.* lectionem, quamquam multa in his emendanda supersint. Cf. *Jacobs.* in *Wieland* Att. Mus. II, p. 166. et varii ad h. l. intt. (2) *Plaut.* Poen. V, 3, 20. (3) *Aristot.* Polit. IV, 15.

has quoque peregrinas cultissimas omnium videmus Hetaeras, quae quammaxime ad toti ordini auctoritatem quandam conciliandam valuerunt, ut vel ex Aspasiae, Phrynae, Laïdis aliarumque exemplis satis notum.

Jam vero cum ex his elementis Hetaerarum constaret ordo, facili modo a primis inde annis a matronis diversam fuisse earum vitae rationem, intelligitur. Puerili prorsus aetate statim tamquam citharistriae et saltatrices virorum intererant conviviis eorumque audiebant sermones: procedentibus annis amicae eorum factae et haud obnoxiae iis omnibus, quibus matronae erant obstrictae, liberrime cum viris vivebant, eorum intererant symposiis (1), quin Philosophos saepe audiebant et literarum colebant studia (2). Aspasiae cultus ejusque liberrima cum summis in civitate viris vita notissima (3), quae omnia, uti supra vidimus, in ingenuis matronis plane erant diversa.

In Hetaerarum porro conditione magna erat diversitas, cum pro formae pulcritudine atque cultu, tum

---

(1) Vid. e. g. *Demosth.* contr. Neaer. p. 1353, 1355. (2) *Athen.* XIII, 46: *καὶ ἄλλαι δὲ ἑταῖραι μέγα ἐΦρόνουν ἐΦ᾽ἑαυταῖς, παιδείας ἀντεχόμεναι, καὶ τοῖς μαθήμασι χρόνον ἀπομερίζουσαι· διόπερ καὶ εὔθικτοι πρὸς τὰς ἀπαντήσεις ἦσαν.* Cf. *Jacobs.* l. l. p. 168, Not. 19. – Similiter apud *Alciphr.* I, 38 Glycera semper in theatro occurrit, ubi Menandri agebantur Comoediae. (3) Eleganter de Aspasia egit amic. *Cobet* in Prosopogr. Xenophont. p. 73 sqq.

etiam pro varia, ad quam pertinebant, Hetaerarum specie. Erant enim vel emtae a lenone sive lena, ut Neaera a Nicerete, ἣ ἑπτὰ παιδίσκας ἐκ μικρῶν παιδίων ἐκτήσατο, Χαρισίου μὲν οὖσα τοῦ ἠλείου ἀπελευθέρα, δεινὴ δὲ καὶ δυναμένη φύσιν μικρῶν παιδίων συνιδεῖν εὐπρεπῆ, καὶ ταῦτα ἐπισταμένη θρέψαι, καὶ παιδεῦσαι ἐμπείρως, τέχνην ταύτην κατεσκευασμένη, καὶ ἀπὸ τούτων τὸν βίον συνειλεγμένη (1). Vel ab amatore emebantur, ut deinde quoque de Neaera factum cum triginta venderetur minis (2), vel denique libere quaestum faciebant corpore, ut de Laide aliisque notum.

Lucri vero studium maximum in Hetaerarum vita effecisse momentum, vel sine antiquorum testimoniis ex tota earum ratione patet. Quod recte expressit Terentius:

— Ergo propterea te sedulo
Et moneo et hortor, ne te cujusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quemcunque nacta sis.
Phil. Utin' eximium neminem habeam? Syr. Neminem.
Nam nemo quisquam scito ad te venit,
Quin ita paret sese, abs te ut blanditiis suis
Quam minimo pretio suam voluptatem expleat (3).

---

(1) *Demosth.* contr. Neaer. p. 1351. (2) Eod. p. 1354.
(3) *Terent.* Hecyr. I, 1, 6 sqq. Cff. *Aristoph.* Plut. 149:
καὶ τάς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας,
ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ,
οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐὰν δὲ πλούσιος,
τὸν πρωκτὸν αὐτὰς εὐθὺς ὡς τοῦτον τρέπειν.
et Eccles. 1153. *Plaut.* Asinar. I, 3, 25.
Non tu scis quae amanti parcet, eadem sibi parcet parum.

Cui studio ut satisfacerent et quamplurimam ab imperitis juvenibus sibi compararent pecuniae vim, varias ipsas adhibuisse artes, cum ex infinitis, apud Terentium et Plautum imprimis, patet exemplis, tum ipsa rei satis docet natura. Audiamus Petalae apud Alciphronem Epistolam, in qua verissime hunc Hetaerarum morem videmus expressum:

Petala Simalioni.

Vellem equidem lacrymis ali hetaerae familiam. Splendide enim viverem, uberes eas abs te percipiens. Nunc vero opus est auro nobis, vestibus, ornatu, ancillis. Hinc pendet omnis vitae ratio atque cura. Non habeo in Myrrhinunte paternam possessionem, nec in argenti fodinis metallum, sed mercedulas et infelicia ista ac gemitibus plena stultorum amatorum munuscula. Tecum vero annum nunc consuetudinem habens taedio maceror, et tum caput habeo squalidum, ut quae ne viderim quidem per istud tempus unguentum: tum vero his vetustis et cilicinis amiciri Tarentinis vestibus apud amicas pudet, ita mihi bene sit. Et tu putas me tibi assidentem alicunde victum habituram? At vero lacrymaris? brevi desines. Ego autem nisi sit qui det, esuritura sum probe. Miror vero et lacrymas tuas quam sint absurdae. Proh domina Venus! Amas, mi homo, ut ais, et vis amicam tibi copiam sui facere: vivere enim sine illa te posse negas. Quid? ergone nulla sunt pocula vobis domi? nonne aurum

matris, nonne foenus patris clam exactum allaturus? Beata Philotis! faventioribus oculis eam adspexerunt Gratiae: qualem Amatorem habet Meneclidem! qui quotidie dat aliquid: melius enim hoc quam flere. Ego vero misera lamentatorem, non amatorem habeo; corollas mihi et rosas tamquam praemature mortui sepulcro mittit: et flere se tota nocte ait. Si quid attuleris, veni sine lacrymis; sin minus, tibi ipsi eris causa moeroris (1).

Eleganter propter hoc studium, cui saepe acerba cum saevitate indulsisse videntur, cum monstris antiquarum comparantur fabularum, ut in fragmento Anaxilae apud Athenaeum:

Ὅστις ἀνθρώπων ἑταίραν ἠγάπησε πώποτε,
οὐ γένος τι ἂν δύναιτο παρανομώτατον φράσαι.
Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ χίμαιρα πυρπνόος,

---

(1) *Alciphr.* I, 36. Cf. omnino *Aristaen.* I, 14. Sic apud *Plautum* leno meretricibus praecipit, ut quam plurimum ipsi afferant lucri:

— — vobis mulieres hanc habeo edictionem:
Vos quae in mundiciis, molliciis, deliciisque aetatulam agitis,
Viris cum summis inclitae amicae: nunc ego scibo, atque hodie experiar,
Quae capiti, quae ventri operam det, quaeque suae rei, quae somno studeat:
Quam libertam fore mihi credam, et quam venalem, hodie experiar,
Facite hodie, ut mihi munera multa huc ab amatoribus conveniant.
Nam nisi penus annuus hodie convenit, cras populo prostituam vos. etc.

Pseudol. I, 2, 39: scena autem in his est Athenis, uti patet ex vs. 68. Cf. Truculent. inde ab init. *Anthol.* V. I, 57, 58.

ἢ χάρυβδις, ἢ τρικάρανος σκύλλα, ποντία κύων,
σφίγξ, ὕδρα, λέαιν᾽, ἔχιδνα, πτηνά θ᾽ ἁρπυιῶν γένη,
εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους;
Οὐκ ἔνεσθ᾽· αὗται δ᾽ ἁπάντων ὑπερέχουσι τῶν κακῶν.
Ἔστι δὲ σκοπεῖν ἀπ᾽ ἀρχῆς πρῶτα μὲν τὴν Πλαγγόνα,
ἥτις, ὥσπερ ἡ χίμαιρα, πυρπολεῖ τοὺς βαρβάρους.
εἷς μόνος δ᾽ ἱππεύς τις αὐτῆς τὸν βίον παρείλετο·
πάντα τὰ σκεύη γὰρ ἕλκων ᾤχετ᾽ ἐκ τῆς οἰκίας. κ. τ. λ. (1).

Occurrunt omnino interdum amabiles Hetaerae, quae revera bono sensu amicae amatorum dici possunt (2), imprimis apud Menandrum, novae Comoediae Philosophum, et Plautum, quorum Antiphila in Heautontimorumeno, Philematium in Mostellaria, Silenium in Cistellaria amabiles prorsus occurrunt. Qualis hetaera egregie apud Alciphronem his verbis describitur:

Meneclides Euthycli.

Decessit formosa Bacchis, Eutycles carissime, decessit! multasque mihi lacrymas reliquit, et amoris quam dulcissimi, nec postremo mali tamen, memoriam. Non enim umquam obliviscar Bacchidis: non veniet illud tempus. Quantam propensionem voluntatis prae se tulit! Defensionem eam si quis vocet vitae meretricum,

---

(1) *Anaxilas* in Neottide apud *Athen.* XIII, 6. Cf. *Wielandii* Att. Mus. II, p. 171, Not. 24, ubi plura horum emendantur. Cff. *Aristoph.* Plut. 302 sqq. *Athen.* XIII, 26, ubi Epicrates Laïdis mores cum aquilae rapacis comparat ratione. (2) *Athen.* XIII, 29. Cf. *Lucian.* Dial. Meret. VI. *Aristaen.* I, 19,

non erraverit, et, si congressae in unum omnes undique, simulacrum quoddam ejus in Veneris aut Gratiarum templo collocarent, rem bellam fecisse mihi viderentur. Nam quod ab omnibus decantatur, eas infidas, ad lucrum duntaxat respicere, semper danti adhaerere: enim vero cujus non mali causas esse iis, qui rem cum ipsis habent, haec omnia calumniam esse injustam, suo ostendit exemplo: adeo cum moribus suis communi se opposuerat maledicentiae. Scis Medum illum, qui a Syria huc appulerat, quanta cum famularum turba et apparatu se inferebat! Eunuchos pollicens et ancillas et ornatum quendam barbaricum, et tamen volens eum non admittebat: sed contenta erat si sub mea dormiret laena, sub hac tenui et vulgari: et quae a nobis parce mittebantur, iis acquiescens, satrapica illa et aurata dona repellebat. Quid vero? Aegyptium illum mercatorem ut rejecit! Quantum auri porrigentem! Nihil illa melius, sat scio, fieri posset. Quam bonos mores non extulerat fortuna ad felicis vitae conditionem. Ergo decessit, nobis relictis, et jacebit in posterum sola Bacchis! quam iniquum, o carae Parcae! oportebat enim cum illa me nunc etiam jacere, ut tunc. At ego superstes sum et cibum attingo, et cum sodalibus sermones miscebo: illa vero non amplius me hilaribus oculis spectabit subridens, nec placida ac clemens noctem transiget in jucundis-

simis illis castigatiunculis. Tantum modo ut loquebatur, ut intuebatur! quot Sirenes in colloquiis ejus sitae erant! Quam vero suave et intemeratum ab osculis nectar stillabat. In summis, ut mihi persuadeo, labris ejus sedit Suada. Totum illa cestum sibi circumdederat, cum omnibus simul Gratiis Venerem complexa. Evanuerunt illae inter potandum cantillationes: et illa eburneis digitis pulsari solita lyra evanuit. Jacet illa omnibus adamata Gratiis, muta, lapis, et cinis. Ac Megara quidem immane scortum vivit, quae Theagenem ita crudeliter est depraedata, ut ex tam splendidis facultatibus miser ille arrepta chlamydula et parma abierit militatum; Bacchis autem, quae amatorem diligebat, mortua est! Levatus nonnihil sum apud te lamentis effusis, Euthycles carissime. Dulce enim quiddam mihi videtur de illa loqui et scribere: nihil enim aliud quam meminisse reliquum est. Vale. (1).

Universe autem, quominus magnifice de Hetaerarum existimemus moribus, varia faciunt vitia, quae imprimis in Alciphronis Epistolis et Luciani dialogis meretriciis iis objiciuntur; quae eo magis vera earum vitia habenda sunt, quo magis ex novae Comoediae auctoribus pleraque horum esse desumta, satis constat, et vel per se, ex ipso quod ducebant vitae genere, ultro sequuntur. Pleraque enim eorum non adeo Athenien-

(1) *Alciphr.* I, 38. Cf. Cl. *v. Limb. Brouwer*, l. l. p. 207 sqq. et exempla ibi citata: p. 213 sq.

sium Hetaerarum quam quidem totius generis omni aevo mores sunt habendi, ut e. g. flagrans libido, artificia varia ad alliciendos amatores, cum pulcra in majus augere, turpia vero quammaxime celare conarentur, quae eleganter apud Athenaeum ab Alexide discribuntur:

Πρῶτα μὲν γὰρ πρὸς τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾷν τοὺς πέλας
πάντα τ' ἄλλ' αὐταῖς πάρεργα γίνεται· ῥάπτουσι δὲ
πᾶσιν ἐπιβουλάς. ἐπειδὰν δ' εὐπορήσωσί ποτε,
ἀνέλαβον καινὰς ἑταίρας, πρωτοπείρους τῆς τέχνης.
Εὐθὺς ἀναπλάττουσι ταύτας, ὥστε μήτε τοὺς τρόπους,
μήτε τὰς ὄψεις ὁμοίως διατελεῖν οὔσας ἔτι.
Τυγχάνει μικρά τις οὖσα; Φελλὸς ἐν ταῖς βαυκίσιν
ἐγκεκάττυται. Μακρά τις; διάβαθρον λεπτὸν φορεῖ,
τήν τε κεφαλὴν ἐπὶ τὸν ὦμον καταβαλοῦσ' ἐξέρχεται·
τοῦτο τοῦ μήκους ἀφεῖλεν. Οὐκ ἔχει τις ἰσχία;
ὑπενέδυσ' ἐῤῥαμμέν' αὐτήν· ὥστε τὴν εὐπυγίαν
ἀναβοᾷν τοὺς εἰσιδόντας. Κοιλίαν ἁδρὰν ἔχει;
τιτθίαις ταύταισι τούτων, ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοὶ,
ὀρθὰ προσθεῖσαι, τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας,
ὡσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις, εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγον. κ. τ. λ. (1).

---

(1) *Alexis* apud *Athen.* XIII, 23. Cf. *Wielandii* Att. Mus. II, p. 175, et Intt. ad h. l. valde corruptum. Nos vulgatam in edit. *Schweigh.* sumus secuti. Cff. praeterea de his Hetaerarum moribus *Terent.* Eunuch. V, 4. 10 sqq:

Quae dum foris sunt, nil videtur mundius,
Nec mage compositum quidquam; nec magis elegans.
Quae cum amatore suo cum coenant, liguriunt:

Quod si haec omnia comparamus cum iis, quae in tertio decimo Athenaei libro de Hetaeris leguntur, pleraque e Comicis petita, obstupescamus necesse est nudationem, quae hac in re apud Athenienses, posterioribus imprimis reipublicae temporibus, obtinuit: quae quominus pluribus hoc loco persequamur, faciunt ea quae cum ab aliis, tum a Jacobsio in Wielandii Museo Attico et nuperrime a Clar. Bruwero docte et ingeniose hac de re sunt disputata (1).

§ 2.

Hetaerarum existimatio et in civitate locus.

Hetaerarum maximam fuisse existimationem, iisque eum esse tributum honorem, quem ingenuis negaverunt matronis Athenienses, multorum fuit atque etiamnunc est opinio (2). Quae tamen quantopere sit a vero aliena, etiamsi nec matronarum magnam fuisse existi-

Harum videre ingluviem, sordes, inopiam;
Quam inhonestae solae sint domi, atque avidae cibi,
Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent;
Nosse omnia haec salus est adolescentulis.

et *Lucian.* Dial. Meretr. 8, 11, 12. (1) *Wielandii* Att. Mus. V. II, p. 127 sqq. V. III, p. 3 sqq. et p. 172 sqq. V. Cl. *v. Limb. Brouwer*, l. l. p. 174 sqq. De Hetaeris apud Aristophanem vid. praeterea *Kanngiesser*, die alte komische Bühne in Athen. p. 483 sqq. (2) Vidd. e. g. *de Pauw*, recherches sur les Grecs T. I, p. 189 sq. *Meiners*, Gesch. des Weibl. Geschl. I, p. 337 sqq.

mationem facile concedamus, vel inde patet, quod, uti supra jam vidimus, plerumque erant servae, et per hoc ipsum jurium civilium expertes, ita ut ingens hanc jam ab causam inter eas et ingenuas feminas esset intervallum. Quod si quaerimus, unde haec orta sit opinio, inde imprimis ejus causa repetenda videtur, quod variae Hetaerae quae variis temporibus per totam Graeciam floruerunt, ad unas Athenas omnes referuntur: quod honor et existimatio, quae paucissimis contigit Hetaeris, vel propter magnum ingenii cultum, ut Aspasiae (quae tamen, uti notum, vehementer a Comicis petebatur), vel propter eximiam formae pulcritudinem, ut aliis bene multis; quod haec igitur omnia ad totum extenduntur Hetaerarum genus, in quo tamen, ut ex superioribus patuit, magna obtinuit diversitas. Porro inter Hetaeras referuntur, quae minime huc pertinent, ut Sappho, Diotima, aliae bene multae (1).

Ferebantur quidem in civitate Hetaerae a Solonis jam inde temporibus, at ferebantur potius, quam certo habebantur loco: et vero in Solonis legibus plura habebantur, quae infamiae cujusdam iis notam inurebant. Sic vestimentis a matronis se distinguere debebant, jubente lege, ut omnes Hetaerae Athenis floridis uterentur vestibus (2); per psephisma Sphyromachi Hetaerae se-

(1) Cf. *Schlegel*, loco saepius jam laud. p. 90 sqq. (2) *Suid.* v. ἑταιρ. ἀνθ. Cf. *Artemidor.* II, 3: Γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ

paratae a liberis matronis sedere debebant (1): nec Hetaeris, nec aliis servis licuit honesta et σέμνα imponere nomina (2): pro libero muneris exercitio, quod ceteroquin Athenis nisi in metoecis atque peregrinis obtinebat (3), certum tributum solvebatur, πορνικὸν τέλος dictum, quod quotannis locabatur (4). Nec liberis qui ex Hetaeris essent procreati, impositum fuit, ut patres in senectute alerent, prouti de ceteris diserte jussit Solon: ὁ γὰρ ἐν γάμῳ παρορῶν τὸ καλὸν, οὐ τέκνων ἕνεκα δῆλός ἐστιν, ἀλλ' ἡδονῆς, ἀγαγόμενος γυναῖκα· τόν τε μισθὸν ἀπέχει, καὶ παῤῥησίαν αὐτῷ πρὸς τοὺς γενομένους οὐκ ἀπολέλοιπεν, οἷς αὐτὸ τὸ γενέσθαι πεποίηκεν ὄνειδος addit Plutarchus, ubi ex Heraclide Pontico haec refert (5).

Nec civium moribus aut opinione majore habebantur loco, uti ex innumeris fere antiquorum locis, ubi vel ipsae Hetaerae vel vita cum iis acerbe reprehenditur, facile probari posset (6), nisi ipsa rei natura per se

---

ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει, μάλιστα δὲ ἑταίραις· αἱ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐργατίαν ἀνθηραῖς ἐσθῆσι χρῶνται. Cf. *Petit.* ad Legg. Att. p. 476, et ea quae in prooëmio de legibus Syracusis et Locris hac de re dixi. (1) Schol. ad *Aristoph.* Eccles. vs. 22. Cff. Intt. ad h. l. et *Suid.* v. Σφυρόμαχος. (2) *Athen.* XIII, 51. (3) *Demosth.* p. 1309, 5. (4) *Aeschin.* Reisk. p. 134 et 135. *Pollux* VII, 202. Cf. *Böckh*, Staatsh. I, 357. — Ad cinaedos quoque haec pertinuisse, maxime ex Aeschinis loco et Schol. patet. (5) *Plut.* Sol. 22. — Ἀγορανόμοι quantum singulis ab amatoribus exigere liceret, statuebant. *Suid.* v. διάγραμμα. Cf. *Meier und Schömann*, Attisch. Proc. p. 91. (6) Vidd. e. g. *Demosth.* p. 958, 1182, 1265, 1370, 1382, 1383, 1386. *Aeschin.* p. 67, 339.

doceret, numquam in civitate simile vitae genus, similes mores, quales maxime ex tertio decimo Athenaei nobis apparent libro, magno prae honestis matronis honore haberi posse. Fuere quidem Hetaerae, quae ob magnam formae pulcritudinem magnumque ingenii cultum certum sibi conciliarent honorem, ut in rebus item politicis vis quaedam earum cerneretur, ut Thargelia atque Aspasia (1), quod posterior quoque interdum vidit aetas, Ludovici XIV imprimis viderunt tempora. At vero totum Hetaerarum genus, ipse ordo numquam publica floruit existimatione, quamvis facile concedamus, Athenis propter neglectum matronarum cultum et majorem in hisce omnibus nudationem atque licentiam, frequentiorem quam apud plerosque alios populos Hetaerarum fuisse usum, nec universe vitae cum Hetaeris eam fuisse turpitudinem tributam, quae hisce temporibus secundum nostras opiniones hac in re obtinet (2). Plurimi omnino, et primarii in ci-

---

Isocrat. p. 155. *Lysias.* p. 142. *Xenoph.* Oecon. I, 13. *Plut.* Phoc. 22. *Aristoph.* Eccles. 1153. *Alciphr.* I, 38. etc. (1) *Plut.* Pericl. 24. *Suid.* et *Hesych.* in vv. *Jacobs* l. l. p. 152, et auctt. citt. apud *Wachsmuth*, Hell. Alterth. V. I, 2, 11, No. 40. (2) Pertinent huc verba *Schlegelii*, l. l. p. 136: » Die Alten hielten einmahl auch die Schaam nur für ein Gefühl der Natur, welches der Vernunft unterzuordnen seij. Der eigentliche Begriff der Unschuld und innern Reinheit ist ihnen auch in der höhern Philosophie fremd geblieben, da er auf dem Geheimnisz der Seele und ihrer göttlichen Bestimmung beruht. Darin besteht die we-

vitate viri, corruptis imprimis jam magis magisque moribus, cum Hetaeris palam vivebant, nec magnopere populus illud curabat, quippe ipse simili totus deditus libidini, quod disertis verbis apud Athenaeum testatur Theopompus: - - Χάρητός τε νωθροῦ τε ὄντος καὶ βραδέος, καίτοι γε καὶ πρὸς τρυφὴν ἤδη ζῶντος· ὅς γε περιήγετο στρατευόμενος αὐλητρίδας καὶ ψαλτρίας καὶ πεζὰς ἑταίρας· καὶ τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπεν Ἀθήνησι, τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις· ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων οὐδεπώποτε ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἠγάπα τῶν πολιτῶν, καὶ δικαίως· καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων, ὥστε τοὺς μὲν νέους ἐν τοῖς αὐλητριδίοις καὶ παρὰ ταῖς ἑταίραις διατρίβειν, τοὺς δὲ μικρὸν ἐκείνων πρεσβυτέρους ἔν τε τοῖς κύβοις καὶ ταῖς τοιαύταις ἀσωτίαις (1).

---

sentliche Verschiedenheit der antiken Denkart von der unsrigen; die Offenheit der Sitten aber soll man ihnen nicht so sehr zum Tadel anrechnen, da sie nur das Zufällige betrifft." Cf. *v. Limb. Brouwer*, l. l. p. 63, sq. et 187 sq. — Ab altera tamen parte non negligendum, Graecos plurimis caruisse peccandi hac in re illecebris atque opportunitatibus, quae nostro aevo obtinent, qua de re vid. omnino *Jacobs*. Verm. Schrift. IV, 214. (1) *Athen.* XII, 43. Cff. *Demosth.* 1261. *Athen.* XII, 45, ex *Heraclide Pontico*: Θεμιστοκλῆς δ', οὔπω Ἀθηναίων μεθυσκομένων οὐδ' ἑταίραις χρωμένων, ἐκφανῶς τέθριππον ζεύξας ἑταιρίδων διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ πληθύοντος ἑωθινὸς ἤλασεν. Ἀμφιβόλως δ' αὐτὸ εἴρηκεν ὁ Ἰδομενεύς, εἴτε ἑταίρας τέτταρας συνυπέζευξεν ὡς ἵππους, εἴτε ἀνεβίβασεν αὐτὰς ἐπὶ τὸ τέθριππον. Cl. *v. Limb. Brouwer*, l. l. p. 190.

Licet autem minime omnibus fidem habeamus, quae a posterioris imprimis aetatis scriptoribus narrantur, quasi principes quique Politici atque Philosophi cum Hetaeris vixerint vel arctissimam certe cum iis habuerint consuetudinem (1), hoc tamen pro certo affirmandum videtur, post Alcibiadis imprimis exemplum et belli Peloponnesiaci tempora, magis magisque Hetaerarum studium Athenis increvisse, ita ut jam in Menandro atque universe in nova Comoedia Hetaerae multo majus, quam ipsae matronae, in vita domestica efficiant momentum, ut vel ex Terentio atque Plauto notissi-

---

(1) Vid. e. g. de Athenaeo, *v. Ramdohr*, Venus Ur. III. 1. p. 418: — — Was rechnet Athenäos nicht alles zur Hetäre? Jedes Weib, das einmahl einer Leidenschaft gehuldigt hat: auch Sappho glaubt er mit diesem Nahmen zu ehren. Es ist möglich, dass einige Philosophen und andre berühmte Männer Schwächen für Weiber dieser Art gehabt haben. Aber wird man es dem schmuszigen Grammatiker des dritten Jahrhunderts geradezu glauben, dasz jeder berühmte Mann seine Beyschläferin aus dieser Classe gewählt habe, die Xenophon und die Komiker so verächtlich darstellen? — — — Sieht diesz Alles nicht der Anekdotenjägereij eines Troszbuben der Litteratur ähnlich, dem die Lebensumstände eines bedeutenden Mannes wichtiger sind, als seine Werke, der um recht viel von jenen zu wissen, jede Schmährede seiner Zeitgenossen, jede apokryphische Schrift, die ihm untergeschoben wird, begierig aufrafft, und wohl gar aus der bloszen Nennung einer Person vom andern Geschlecht, die darin beyläufig vorkommt, Veranlassung nimmt, ihm ein Liebesverständnisz anzudichten?

mum (1). Specie imprimis quoque majoris libertatis atque ut magis immunes manerent ab iis, quae cum nuptiis conjunctae videbantur molestiis et officiis civilibus, Philosophi saepe vitam cum Hetaeris legitimis praetulisse nuptiis videntur, quo sensu Amphis ita vitae cum Hetaeris prae nuptiis celebrat felicitatem:

> Εἶτ' οὐ γυναικός ἐστιν εὐνοϊκώτερον
> γαμετῆς ἑταίρα; πολύ γε καὶ μάλ' εἰκότως.
> ἡ μὲν νόμῳ γὰρ, καταφρονοῦσ', ἔνδον μένει·
> ἡ δ' οἶδεν, ὅτι ἢ τοῖς τρόποις ὠνητέος
> ἄνθρωπός ἐστιν, ἢ πρὸς ἄλλον ἀπιτέον (2).

Quae certe multorum Athenis opinio esse potuit, imprimis si reputamus, nuptias nullo fere iniri illic amore, aut propter praeclaras puellae facultates, quae etiamsi adessent, ob arctam earum ignorabantur reclusionem: sed conjungebantur vel propter dotem, vel ob affinitatem cum clara quadam familia, vel saepe, jubente lege, ob sanguinis conjunctionem (3). Ex

---

(1) Cf. de Hetaerarum erga matronas et viros apud hos ratione v. *Ramdohr.* l. l. p. 266 sqq. et 273 sqq. licet universe Hetaeris nimis sit inimicus, et potius ad nostra quam ad antiquorum tempora rem exegisse videatur, quod maxime ex iis patet, quae de Socratis cum Theodota colloquio (*Xenoph.* Memor. III, 2) apud eum leguntur, p. 127 sqq. Haec autem enucleatius tractare, cum ad meae disquisitionis tempora non pertineant, non opus videbatur. (2) *Amphis* apud *Athen.* XIII, 7. Cf. *Philetaeri* fragmentum ibid. et *Limb. Brouwer* l. l. p. 199 sq. (3) Pluribus hac de re in parte juridica agetur.

quibus omnibus, quantopere libera cum Hetaeris vita sese commendare potuerit Atheniensibus, facile patet; magna tamen inde totius ordinis Hetaerarum existimatio, quod illi volunt, nullo modo sequitur (1).

---

(1) »Haben die ausgezeichneten unter den Hetären dem ganzen Stande eine Achtung zugezogen, die über derjenigen stand, welche die gute Sitte der Matrone zollte? Ist der Umgang mit der Hetäre von dem Vorwurfe der Unanständigkeit frei, ein ganz erlaubtes, ja dazu besonders ausersehenes Mittel gewesen, neben den Pflichten der Ehe, denen man bei der Frau Genüge that, auch das Vergnügen in den geselligen Verhältnissen mit dem zärtern Geschlechte zu finden? Ist wirklich dieses Vergnügen allgemein sehr verfeinert gewesen? Alle diese Fragen musz ich verneinen. -- Wenn daher die einzelne Hetäre den Bürger in Athen met Zärtlichkeit und Leidenschaft gefesselt hat, vielleicht öfter als die Matrone, so hat doch gewisz die gute Sitte eine solche Verbindung weder für schön, noch für edel gehalten. Liebe zur Hetäre hiess der Regel nach Begierde nach Körperlichem Genusz, Trieb nach kosender Unterhaltung; und da wo diese auch noch so verfeinert gewesen seyn mag, hat sie gewisz nicht sowohl allgemeinen Beifall, als Nachsicht von der guten Sitte gefunden." *v. Ramdohr*, l. l. p. 129.

QUAESTIONES.

I.

Feminae Athenis in theatro adfuerunt, ubi tragoediae agebantur; item in comoedia nova: de antiqua vero comoedia adfuerintne nec ne, non constare defendimus.

II.

Rectissime PLUTARCH. *Ages. 37 fin. politicam Spartanorum agendi rationem exponit.*

III.

Graeci verum erga alterum sexum amorem haud cognoverunt: in Romanorum vero scriptis identidem hujus amoris deprehenduntur vestigia.

IV.

Falso a Schol. ad ARISTOPH. *Pac. vs. 649 dicitur non licuisse in comoedia antiqua in mortuos invehi.*

V.

Discrimen inter Polybium atque Tacitum inprimis eo conspicitur, quod apud illum politicum, apud hunc morale principium dominatur maxime.

VI.

Verissime HERDERUS, Briefe zur Beförd der Humanität, *V. VI, p. 3:* »Auch die Griechische Kunst ist eine Schule der Humanität: unglücklich ist, wer sie anders betrachtet.''

VII.

Nec Graeci nec Romani historiam universalem, proprie ita dictam, conscripserunt, nec recte, qualis haec sit, perspexisse videntur.

VIII.

Numquam in Graecia exstitisse peculiarem quandam castam sacerdotalem, prouti apud Aegyptios atque orientales gentes, contra Benjaminum Constantium aliosque defendimus.

IX.

Verissime WYTTENB. Opusc. *II*, 547 *de Democrito:* »Deos, ut postea fere Epicurus, verbis quidem reliquit, re ipsa sustulit."

X.

Falli videntur, qui potius per Aegyptiacos quam per Phoenicios colonos excultam Graeciam dicant.

XI.

Non probanda Schlegelii sententia, Comparaison entre la Phêdre de Racine et celle d' Euripide *p. 84:* »Le Système tragique des Grecs est fondé sur un développement de la morale, presque entièrement indépendant de la religion. La dignité de l'homme y est maintenue comme en dépit de l' ordre surnaturel des choses."

XII.

Egregie WIELANDUS, Aristipps Briefe *II*, *370:* »Besondere Völker, einzelne Menschen können wohl in einigen Stücken schlechter als ihre Vorfahren werden, aber das Menschengeschlecht, als Eine fortdauernde Person betrachtet, nimmt immer zu, und sieht keine Grenzen seiner Vervollkommnung. Denn nur dem einzelnen Menschen, nicht der Menschheit, sind Grenzen gesetzt."

XIII.

Quae apud antiquos historicos summorum virorum exstant orationes, non tantum egregia sunt eloquentiae monumenta, verum ad ipsam interiorem historiae cognitionem quantivis etiam pretii sunt habendae.

XIV.

Fallitur CICERO de Orat. *II*, 23. *Pericli atque Alcibiadi scriptas tribuens orationes.*

XV.

Non adsentimur MANSONI, Sparta *II*, *437:* »Es scheint mir fast, dasz Thucydides, wie öfters, so auch hier (*III*, *82 sq.*) mit dem Ausdrucke gerungen, und sich entweder seine Begriffe nicht gehörig verdeutlicht, oder die bestimmte Form für sie der Sprache noch nicht abzugewinnen gewuszt habe."

XVI.

Egregie Ulrici, Charakteristik der antiken Historiographie *p. 113:* »Im Griechischen Charakter überhaupt trat die Idee der Sittlichkeit mehr zurück, indem sie sich mit der Idee der Schönheit vermischte, und in dieser gleichsam verschwand. Das Rechte und Gute war den Griechen Eines mit dem Schönen, und Plato, der ächt-Griechische Sittenlehrer, will die Seele der Menschen zunächst durch die Betrachtung der sinnlichen Schönheit, sodann durch das erweckte Verlangen nach der geistigen Schönheit zur Philosophie und Tugend hinaufbilden. Im Romischen Geiste dagegen trat die Idee der Sittlichkeit Schärfer und gesonderter hervor, und offenbarte sich auf der einen Seite in der Idee der Mannhaftigkeit und männlichen Kraft (die Römische Virtus), auf der andern Seite in der Idee des Rechts."

XVII.

Non adsentimur Thucydidi *I, 18, Spartam Graecos a tyrannide liberasse affirmanti.*

XVIII.

In orbe antiquo politica et artes, in orbe vero recentiore religio atque doctrinae valuerunt magis, unde utriusque effici discrimen potest.

XIX.

Inique de Suetonio Muretus *Vol. II, Orat. 13:* »In Suetonio nihil est, ex quo ejus aut prudentiam, aut eloquentiam, aut eruditionem ullam eximiam agnoscas."

XX.

Fallitur Fr. Hemsterhusius (Lettre sur l'homme et ses rapports) *affirmans, antiquos patriae amorem non ad religionis evexisse sanctitatem.*